BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Beier, Adrian,

Adriani Beieri, JCti Magister. Prudentiæ Juris Opificiarii Praecursor Primarivs = Der Meister bey den Handwercken

Jenæ Anno 1719

4 J.germ. 21#Beibd.1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10509236-4
VD18 14392844

ADRIANI BEIERI, JCTI

MAGISTER.

PRUDENTIÆ JURIS

OPIFICIARII PRÆCUR-

SOR PRIMARIVS.

Der Meister

bey den

Handwercken.

DENUO

CUM AUGMENTO

PRODIIT.

JENÆ,

APVD CHRISTIANVM POHLIVM,

ANNO 1719.

Florentissimæ Civitatis

LIPSIENSIS

Dominis

DNN. CONSULIBUS PRÆTORIBUS, ÆDILIBUS

nec non

SENATORIBUS reliquis

VIRIS

Magnificis, Prænobilissimis, Excellentissimis, Consultissimis, Prudentissimis, Amplissimisque,

Dominis meis, Patronis, Fautoribus, multis honorum Nominibus devenerandis,

MAGISTRUM,

Opusculum juridico-fabricense inscribere, dicare, hocque ipso Venerationem, qua Civitatem Inclutam ejusque Patres Conscriptos prosequor, testatum eo.

DOMINI.

QUi rem civilem tractant, Hominum multitudinem in Rep. versantium, a diversitate professionum varie dispescunt; & novem adeo genera seu modos constituit Jacobus Faber, Introduct. in Polit. Aristot. Agricolarum nempe, Opificum, Cauponum, Navalium bellatorum, Piscatorum, Portitorum, Negotiatorum marmorum, Manu Operariorum parvas facultates habentium, & Liberorum, non tamen ex utroque parente cive ortum habentium. Quæ distributio tamen partim adhuc manca est, Salinarios,

Me-

Metallarios, Venatores & Militiam terreſtrem omittens: partim generalior, ad integra potius Regna, Publicasve Res alias, quæ Majeſtate & jure belli gaudent, quam civitates ſingulas ſeu Urbes pertinens: Quinimo, viciſſim ſuo modo particularis admodum, & ad civitates maritimas mage quadrans: Negotiatores etiam non alios quam Marmorum agnoſcens.

Duo tamen maxime genera hominum, duæque profeſſiones in unaquaque Civitate, ſeu libera ſeu occupata, Maritima an mediterranea, inveniuntur, ſine quibus etiam vix eſſe poteſt, Mercatorum videl. & Opificum: quorum Hi, ut domi fiant, quibus ad vitam humanam opus eſt, allaborant: Illi aliunde, quæ deſunt, invehunt, & illorum quaſi defectus ſupplent. Nimirum, ut in rebus naturalibus Non omnis fert omnia tellus; Ita in rebus arte factis evenit, ut vel cœli ſolique ratio obſtet, quo minus ad debitam perfectionem ac decorem perduci

queant manufacturæ ; vel loci, populive genius, dum aut in uno plus industriæ adhiberi solet, aut novitatibus magis indulgeri: Et dandum utique aliquid est his, quorum fors aut conditio est supra vulgus, ut lautius vescantur aut vestiantur ; ut adeo oporteat esse, qui cujusvis desiderio faciant satis.

Equidem Mercaturæ suus spendor non est invidendus, unde & sublimiori loco conspicuos in Civitate præ Opificibus videmus Mercatores; Plures ferme ad rem mercatoriam pertinentes licet observare Constitutiones; Doctores denique in Jure mercatorio excolendo magis deprehendimus occupatos, seu materiæ dignitate motos, seu, quod majus operæ pretium faciat. Quoniam tamen Opifices numero vincunt Mercatores, & plura Opificiorum sunt genera quam Negotiationis, quarum aliquando unica plurium opificum manufacturas in se continet; fœcundior quoque litium existit hæc materia, dum plures contro-

ver-

verſiæ Opificibus mutuo & adverſus alios intercedunt.

Ideo non minus opus eſſe videbatur, ut ea, quæ circa Rem opificiariam juris ſcripti atque moris ſunt, in ordinem, & aliqualem artis ſpeciem redigantur: Idque vel ea propter, quod non in majoribus ſolum Civitatibus, ubi copia Literatorum, aliorumque Peritorum eſt, a quibus prompta peti poſſint conſilia; verum in mediæ quoque ſortis Civitatibus, & quæ Mercatores haud ferunt, opifices exiſtunt, eorumque cauſæ ventilandæ veniunt: Et coram Opificibus quidem, qui ſuæ cujusque artis conſuetudines callent, ſed arte Juris, ut ad caſus emergentes dextre applicare, & defectus interpretando ſupplere valeant, deſtituuntur.

Et certe, defectum aliquem ſui, tenus hac, in ſemet ipſa oportuit Juris noſtri prudentiam animadvertiſſe, quando varias de hoc argumento meditationes ſubinde ſuggeſſit Doctoribus, prout libelli de diverſis

hujus argumenti capitibus id docent. Nisi quod plerique præconcepta quadam hypothesi, tanquam unico de Jure Tribuum & Collegiorum articulo, tota hæc doctrina confici & absolvi posslit, seducti fuerint. Alii, seu vastitate operis, seu vilitate, ut putant, objecti absterrentur, aut præmii parvitate: Forsan & vulgi censuram & siniſtra verentur judicia. At hi, qui pares negotio futuri erant, gravioribus destinentur curis atque occupationibus, præsenti Patriæ statui magis necessariis ac salutaribus.

Quare plerumque in eos, qui halcedonia in Academiis agunt, provincia hæc defertur: Et quamvis nec viribus nec fiducia comparem me ulli putem, quoniam tamen Sciagraphia operis, & quæ de uno itemque altero themate elaborata habebam, Viris Magni nominis non modo haud displicuisse animadverterem, verum ut insilterem operi, etiam atque etiam hortarentur; Imo nunc, in publicum ut edam, postulent, tanquam

quam operam haud ingratam ſim facturus orbi literario, ſi opus perfectum dedero: Periculum igitur facere, & certos Præcurſores, Tyronem, Boëthum, & qui ordine poſtremus, dignitate primus eſt, MAGISTRVM, prout ſeorſim hactenus prodierunt, toti operi conſtituere volui.

Dum vero inveteratum dedicandi morem & hîc ſervare apud me conſtitui, non ſuccurrit ſane, cui jure meritoque majori, quam Ampliſſimis Magnificorum Dnn. Conſulum, Nobiliſſimorumque Dnn. Senatorum Florentiſſimæ Civitatis LIPSIENSIS Nominibus inſcriberem, quorumve juſtiori cenſuræ laborem meum ſubjicerem: Quod & hoc ipſo quam obſequioſiſſime peractum volo. Eſt enim Urbs Veſtra, DOMINI, & Mercimoniis & Artificiis florentiſſima, infallibili ſingularis veſtræ Prudentiæ indicio, qui utramque profeſſionem ita temperare noſtis, ut amiciſſimo quodam æquilibrio, aut æquiſſima certe proportio-

 ne,

ne, cohabitare, ſeque mutuo juvare & comiter velint, & feciſſe gaudeant. Sapientiſſimis etenim legibus cuiusque corporis fines determinaſtis, ut exorbitare nemo facile queat, niſi qui proterve velit: ſi quæ lis gliſcere incipiat, mature conſopitur, aut, juſtiſſima ſententia definitur, ut & victor jure ſuo potitum eſſe gaudeat, & victus, meliora doctum mage, quam condemnatum ſe eſſe, gratuletur ſibi? Unde tantus civium confluxus, ut quilibet ſub regimine tam Sancti Senatus habitare geſtiat; Mores inſuper civium optime & in exemplum aliorum compoſiti: hinc tanta opum affluentia, & quæ alia divinæ benedictionis indicia, ut exclamare me oporteat: Mactiestote, Patres Conſcripti, Virtute Fortunaque Veſtra, quæ Deus Vobis, uti peculiaria ita perennia clementer eſſe velit. Iſtud nunc ea qua par eſt decentia petens, uti Dedicationem hanc fronte Serena excipere, Magiſtrum iſtum meum, Patrocinio Veſtro dignа-

gnari, & quam moliorreliquam, de Re Opificiaria Scriptionem, ope Consiliove adjuvare, me vero ipsum gratiosissima Vestra affectione jugi complecti velitis. Deus Consilia Vestra in salutem Civitatis V. prospero secundet exitu. Scrib. Jen. 6. Kal. April. M DC LXXXV.

Magnif. Præ-Nob. Excell. Amplitud.

& Dominat. Vestr.

obsequiosissimus

A. BEIERUS, D.

Nobiliſſime ac Conſultiſſime VIR, Fautor & Amice perhonorande.

DEbebam præclaros conatus tuos, queis rem juridicam hactenus juviſti, & juvas usque, ornatiſſima gratulatione proſequi. Verum neque id fieri a me poteſt pro merito, neque ſi poſſet, id operi per ſe claro fulgidoque commodabit ullatenus. Faciam tamen, quod amici eſt. Annus & nonnihil excurrit, quo Tyronis Tui, Juriſprudentiæ Opificiariæ præcurſoris copiam mihi feciſti, operis, tam ab amica celeberrimi Authoris manu, quam ob argumenti eximiam utilitatem gratiſſimi. Jam & Boethus ſequitur, & trudit Boethum Magiſter. Sic univerſa Juriſprudentia Opificiaria, in DEI Omnipotentis Mundi Opificis gloriam, & Authoris laudem perennem, multorum etiam in jure operantium in-

ſigne

ſigne emolumentum, elegantiſſima integritate ſua gloriatur. Gratulatur merito ſeculum ſibi noſtrum, quod Sacræ Themidos Cultores eruant unum poſt alterum, ex iis quæ reſtant, argumentum, hactenus tractatione juſta & plenore deſtitutum, atque ita Iurisprudentiam noſtram in dies magis magisque perficiant. Magis adhuc habebit, de quo gaudeat, grata nobis poſteritas, quæ, ſicut multa jam in utilitatem ſuam elaborata præmanibus inveniet poſthac, ita etiamnum ſupererit, in quo ingenia excellentiora ſe, vel poſt plura ſecula exercebunt. Tuum, Amice, quod nunc edis, Opificiarium opus, eſt ex iis, quæ, conquerente. Excellentiſſimo Domino LYNCKERO, *Anteceſſore Lycei veſtri celebratiſſimo, in præfatione Tractatus ſui de Gravamine extraj., in uſum quotidianum valent quidem, at inexcuſſa iacent hactenus, vel, quod illis qui Fori ambulacra terunt, non vacet, vel quod elegantiori & ſolida literatur inſtructis ea, vulgari literarum malo, ſpernantur. Tu proinde, VIR Nobiliſſime, qui & ſolida Literatura inſtructus es, & fori ambulacra feliciſſime teris, duplicatam merito laudem & gratiam hoc ipſo opere tuo reportas ab omnibus, quorum in judiciis mentem, hac regula ad id, quod circa opifices, gentem alias ſtatutis ſuis (bono publico ſæpe magnam partem nocivis)*

tenaciſſime innitentem, moribus noſtris juſtum eſt, cura-te dirigis. In eorum numero & me ipſum cenſeo, cum mea etiam, ratione officii mihi concrediti, interſit plurimum. Igitur in redhoſtimentum ſeros Tibi annos cum viribus ſanis & felicitate perenni ex animo precor. Sic Vale VIR Celeberrime & plures ejusmodi elegantis ingenii fœtus menſæ JCtorum fœnerare. Dabam Coburgi properanti calamo d. 13. Mart. Anno Salutis 1685.

Nobiliſſimi Nominis Tui

Cultor amiciſſimus

Johannes Burchardus Rosler,

Conſil. Saxonic. & Præfectus ibidem.

IN-

INDEX CAPITUM.

CAPVT I.

Magistrorum denominatio.

CAPVT II.

Axiomatis Magisterialis Collator.

CAPVT III.

De Sexu & Sanitate Candidati.

CAPVT IV.

Vita & Natales inculpati.

CAPVT V.

De Anno probatorio: Von Jahr-Arbeiten.

CAPVT VI.

De Fatalibus petitionis. Von Muthen.

CAPVT VII.

De Nominis professione & Inscriptione. Von Angeben und Einschreiben.

CAPVT VIII.

De Speciminibus artis: Von Meister-Stücken.

CAPVT IX.

De Epulis Opificum: Von Handwercks-Essen.

CA-

CAPVT X.

De Sumptibus & Expensis Magisterialibus: Von Meister-Unkosten.

CAPVT XI.

De Magisterio inter Opifices. Von der Meisterschafft.

CAPVT XII.

De Jure Magisteriali. Vom Meister-Recht.

CAPVT XIII.

Quibus modis jura magisterialia amittuntur, & de variis fraudibus circa ea committi solitis.

CAPVT XIV.

De Turbatoribus & Proditoribus. Von Stöhrern und Frettern.

CAPVT XV.

De Ambulatoribus. Von Hausirern.

CAPVT XVI.

De mediis quibusdam speciebus, Indusiariis, Veterinariis, Convitiatoribus & Prævaricatoribus. Von Altreissen/ Hosenköchen/ Lästerern und Wehzschelbeckern.

CAPUT I.

Magiſtrorum denominatio.

Conſpectus.

Gubernatoris & Magiſtri comparatio n. 1. 2. 3.
Magiſter domus & ſtipendiorum n. 4.
Officium der Schaumeiſter *declaratur n. 5.*
Nominis Magiſtri Etymon & varia ſignificatio n. 6. & ſeqq.
Significatio vocis Rathsmeiſter *n. 11.*
Conjugata Latina & Germanica n. 12. 13.
Quatuorviri in foro Opificum n. 14. & ſeqq.
Marcktmeiſter *in nonnullis locis conſtituti n. 17.*
Fürmeiſter *inter opifices quinam ſint n. 18.*
Magiſter inter opifices tanquam dominus. n. 19.
Actualis & habitualis n. 21. 22.
Officium der Jungmeiſterſchafft *n. 23.*
Appellatio Zech- und Zunfftmeiſter *n. 24.*
Appellatio magiſtri non omnibus eſt grata n. 25. 26.
Quær. An Seniorum pacta præjudicent Collegis. n. 27.
Variæ ſpecies Magiſtrorum recenſentur n. 28. 29. 30.
Collegia ſunt vel determinata vel indeterminata n. 31.
Ammeiſteri nomen explicatur n. 32. 33.
Städtmeiſter *quid ſit n. 34.*
Bauermeiſter *n. 35.*
Magiſtri civium varii enodantur n. 37. & ſeqq.
Jahnmeiſter *quis ſit n. 41.*
Judicium Francofurtenſe in cauſis opificiariis n. 43.

Hanßgraven Ampt *explicatur n. 44.*
Variæ Præfectorum Opificum appellationes notantur n. 45.
Dorff- Stadt- und Landmeister *quomodo differant n. 46. & seqq.*
Privilegium Civitatensibus concessum, an etiam suburbicariis competat n. 52.
Exempti opifices Freymeister *item* Gnadenmeister *n. 53. 54. 55.*
Güldenmeister *quinam n. 56.*
A cereis dicti Kertzenmeister *n. 58.*
Ab officio adsessuræ dicitur Ladenmeister *n. 59.*
Causæ & fundamentum exemtionis n. 60.
Leibschneider *a gratia Principis n. 61.*
Officium der Jungmeister *in circumspiciendâ operâ n. 62.*

THES. I.

1 GUbernatoris nomen, in *l. 6. ff. de Jur. immun.* non tam certi opificii speciem, ut cœtera ibi Capsariorum, Carpentariorum, Fabrorum &c. posita vocabula; quam generaliter in quolibet opificio Directorem significat, qui & scholis discentium præesse, & veteranos exercere, & operari ipsusmet valeat: populariter MAGISTRUM vocant. Quanquam
2 differre hactenus dixeris, quod *Magistri* nomen importet statum; sitque in se absolutum, aut certe cœteris, quos in conditione discentium & adjuvantium esse diximus, opponatur, quantum-
3 cunque nullum horum aut alat aut doceat: cum contra *Gubernator* relationem activam & realem ad hos omnes involvat, atque adeo instructam præsupponat officinam, in qua & Magister & Socii & pueri seu tyrones consistant & in actione sint, h. e. quisque eorum pro conditione sua operetur, unus autem totum negocium & actiones cœterorum moderetur ac dirigat.

ANNOTATIONES.

4 * *Gubernatoris.* In hoc sensu etiam hodienum vocabulum Magistri occurrit, dum dicitur *Magister domus*, pro inspectore & gubernatore stipendiorum; Vti habet Churfürstl. Sächsische Stipendiaten Ordnung *Cap. VI.* Rubrica: Von Magistro domus ibi: Es soll der Magister Domus sein stetiges und unnachläßlich inspection und Auffsehen auff alle Magistros, Baccalaureos und Studiosos in unsern Stipendio haben, damit sie ihre preces &c.

* *Directorem.* Eodem etiam suo modo referuntur constituti in Collegiis ad æ- 5
stimandas, signandas & taxandas merces, qui vulgo Schaumeister vocatur, qui generaliter tanquam publici opificiorum Censores sunt ordinati. Vti habet Würtenbergische Landes-Gerichts Ordnung *tit.* von Handwercken *fol. 117.* §. und dieweil ibi: daß von denen Ambt-Leuten und Gerichten über die Handwerck und Gewerbe, da man sich solches Betrugs zu besorgen, oder zu versehen hette, sondern geschworne Schaumeister, der Sachen verstendig, vorgenommen und verordnet: wo denn einiger Betrug oder etwas gefährliches hierinne erfunden, daß der oder dieselben, mit guten Unterricht, zu der Tantzeley angezeigt werden. Ita quoque circa inspectionem pannorum saluberrime constitutum habet Ordinatio Provincialis Saxo Gothana *Part. II. Cap. III. Tit. 39.* sub rubrica: Von Tüchern und Gezeugen. Textus: dieweil auch in Verkauffen der wöllen Tücher gantz oder zum Ausschnitt, viel Vortheils gebraucht, und der Käuffer in dem schwerlich vervortheilet wird, nemlich, daß die Tücher an den Rahmen, oder sonst durch andere Mittel zu viel gestrecket werden, und demnach dem Käuffer in Wasser ein merckliches abgehet, auch zu Zeiten die Tücher blattericht und löcherigt werden, alles zu Abbruch und Ringerung gemeines Nutzens. So wollen wir, zu folge der Käyserlichen und des heiligen Reichs Policey-Ordnung, daß kein Tuch mit der Ellen in Ausschnitt verkauffet werden soll, es sey denn zuvor genetzet oder geschoren, was aber gantze Tücher wären, sollen dieselbe ungereckt oder gestreckt, oder doch genetzt verkauffet werden, bey deren Verlust. Wenn die aber genetzt oder geschoren, und wieder an Ramen gespannet, oder sonsten durch andere Mittel gerecket oder gestrecket befunden, dieselbe Tücher sollen gleichfalls verlohren, und zwar in beyden Fällen der unmittelbaren Obrigkeit des Orths, da sie feil gehabt werden, heimgefallen seyn. Gleichfalls sollen alle in unserm Fürstenthum gemachte Tücher und Gezeuge, durch jedes Orths Ober- und Zeugmeister an kammen besichtiget, die taugliche gesiegelt, die untaugliche aber verschlagen, und deren keines verkauffet werden, es sey denn zuvorhero geschauet, verzeichnet und verrechtet. Auch sollen ermeldte Ober- und Zeugmeister ein eiserues Maaß haben, damit jeder Gattung Tuch, so jedes Orths gemacht wird, messen, und die Tuche und Zeuge zu besichtigen, auch der Meister gewichte auffzuziehen, öffters umbgehen. 1

THES. II.

Cæteroquin Magistri nomen, ejusdem cum Magistratu & originis 6
& significationis est, a Majoritate, perfectione seu plenitudine, dignitate & præeminentia dictum; ac tria præcipue videtur involvere. (1.) *relative* 7

tive ac formaliter Gradum illum & Supereminentiam, qua cœteros quis in ſua antecellit arte, ac propterea characterem etiam promeruit: quo ſenſu in §. *prox. præced.* ſumebatur, ac quivis Magiſter dicitur, qui fiduciam artis habet, & jura Magiſterii, docendo, operando, aut ſua ſibi ſumit autoritate, aut rite inſuper ac cum ſolennitate talis eſt declaratus. (2.)

8 *abſolute* ac materialiter Facultatem ſeu Virtutem aliquid operandi, tanquam omnis denominationis atque operationis fundamentum; quo ſenſu in unaquaque arte excellentem, dicimus Magiſtrum, ob hoc, quod habitum acquiſiverit atque artis compos ſit, daß er ſeines thuns mächtig/ und ſeiner Kunſt ein Meiſter ſey. Vel cum appoſito inſuper, ipſius artis,

9 in qua excellit, inve qua characterem obtinuit. Ita dicimus alium Sprach- Fecht- Tantz- Ball- generaliter Exercitien-Meiſter. (3.) *Adjunctive* & accidentaliter Præfecturam ac Functionem, quæ communiter ei ſimul committitur, qui arte, dexteritate, experientia atque autoritate præponderat; prout dicimus Baur- & Bürgermeiſter/Raths- Städt- und Ammeiſter/ Renth- Cammer- Bothenmeiſter/ & ſim.

ANNOTATIONES.

10 * *Magiſtri.* Aliquando Magiſtri nomen ſimpliciter in ſtatutis poſitum denotat Præfectum Collegii. Uti extat in ſtatutis Piſtorum Collegii Franckenhuſani, confirmatis ab Albrechto Antonio Comite Schwartzburgico de anno 1673. *Artic. II.* ibi: Zum andern ſoll alle Jahr auff Michaelis, ein neuer Handwercks Meiſter, der auff das Handwerck fleißig Achtung gebe, und daß alles richtig zugehe, auch das Brodt vollwichtig gemacht werde, zuſehe, dem andern, ſo nun ein Jahr Handwercks- Meiſter geweſen, zu Hülff erwehlet, und der ſo zwey Jahr daran geweſen, loßgezehlet, und zur beſtendigen und richtigen Rechnung desjenigen, ſo in die Lade eingebracht worden, jährlichen angehalten werden.

11 * Rathsmeiſter. Hæc appellatio non tantum in Politia municipali occurrit & uſurpatur de Conſulibus Civium; Verum etiam in foro opificiario, & dicitur de Magiſtris opificiorum, qui a Senatu municipali aſſumuntur prævio juramento, ad negotia ſenatus opificiaria expedienda. Quales ſunt Raths Meurer, Rathszimmermann, Werck- Meiſter, Raths Feuer-Meuer-Kehrer, ꝛc. Et quorum officium præcipue eſt, inſpicere ædes & alia ædificia ſenatus, item viſitare furnos die Eſſen beſichtigen. porro in judiciis finium regundorum ſervitutum, & ubi alias ex hiſce cauſis ocularis inſpectio, aut Atteſtatum doctrinæ requiritur, adſiſtere. Ruland. de Commiſſar. *Cap. I. Lib. IV. Cap. 4.* Simili-

militer etiam in Præfecturis locorum ſolent certi eſſe deputati Magiſtri, qui officia ejusmodi ſubeunt, uti exemplum eſt in Chirurgis Præfecturæ Amptsó Balbier, quorum opera in ſectionibus occiſorum, aut curationibus publicis ſolet adhiberi. Add. Renat. Choppin. de *morib. Pariſ. Lib. VII, tit. 8, n. 11.*

THES. III.

Magiſterium quippe Regimen qualecunque importat, Magiſtratum 12
atque Idictionem: ut colligimus ex *rubr. extra de Majoritate & Obedientia:*
qui Titulus reſpondet illi *Pandectarum de Idictione*; cui convenit, quod
Magiſtris exſertim regimen ſcholarum & ſtudiorum tribuitur, in *c. 3. ex-*
tra de Magiſtr. & ne aliq. pro lic. doc. Germanicum etiam: Meiſterſchafft: 13
præter ſpecialem illum uſum opificiarium, dudum *generaliter* pro impe-
rio ac poteſtate fuit uſurpatum. In *ſtatutis municipalibus Bamberg. Titul.*
XI. XII. XIII. pro Judice eccleſiaſtico legitur, verbis: daß die Jüden und
Geiſtliche vor ihrer Meiſterſchafft/ h. e. vor dem Domdechant zu Bam-
berg verklagt/ Recht geben und nehmen ſollen/ ſie ſitzen in der Stadt oder
auſſerhalb/ zu dem Domb. Erffurti Judicium ſeculare denotat, quippe ibi 14
Magiſtri ac Quatuorviri uſitati ſunt. vid. Erffurth. Gerichts-Ordn. *Tit.*
4. rubr. Auff was Tage Meiſter und Vier/ das iſt/ Gericht gehalten
werden ſol/ ubi ita ſtatuitur: Meiſter und Vier auff unſerm Rathhauß 15
ſollen altem Herkommen nach/ auff dem Montag/ Mittwoch und Freytag/
wofern dieſelbe in die gewöhnliche ferien nicht gerathen/ oder ſonſt kein an-
dere Verhinderung fürfallen/ gehalten werden. Wehner. *Obſ. pr. verb.*
Meiſterſchafft/ Meiſter und Vier *pag. 495.* Nim. jam olim An. 1351. ſub 15
regimine Hermanni von Schmeyra/ Tizelii von Varila, Dieterici von
Weiſſenſee, & Conradi von Saltza de Scribis vini, von Weinſchreibern/
Senatus conſulto cautum, ut Senatus quotannis unum de Magiſtris &
Quatuorviris adjungat. Es ſol der Rath dem Wein-Schreiber jedes Jahrs
der Meiſter oder der Vierer einen zuſetzen/ damit daß das Weinſchreiben red-
lichen ſtehe und gehalten werde. Necminus ex ſuffragio eorundem Magi- 16
ſtrorum & Quatuorvirorum Anno 1451. collegio Zonariorum ſeu Cin-
gulariorum, Perariorum atque Marſupiariorum, privilegium & articuli
certi conceſſa ſunt, ſub regimine Siffridi Ziegeleri, Heinemanni Tonne,
Johannis Helwigii & Güntheri Bockii. Da haben unſere Herrn ein Rath/
mit wiſſen und von Berichtung wegen/ unſerer Herrn Meiſter und Vier/
den Handwercken der Görtteler/ Täſchener und Beuteler in Erffurth/ die ſon-
derliche Gnad und Gunſt gethan ꝛc.

ANNOTATIONES.

17 * *Iurisdictionem.* Hisce proinde associari possunt constituti in nonnullis locis **Marckt-Meister**, qui etiam merces venales maxime pistorum, una cum Præfectis opificum visitare, & fraudes desuper commissas coërcere possunt. Quo spectant statuta Collegii Pistorum Franckenhusani confirmata de anno 1663. *Artic. XV.* ibi: **Dahero sollen die Marckt-Meister, so von Rath bestetiget, beneben den Handwercks-Meistern jederzeit das Brodt, Semeln und Wecken zu wägen, und nicht allein, daß es das Gewichte habe, wie in Tax zu befindern, sondern auch wohl ausgebacken und tüchtig gut sey, fleißige Achtung zugeben, schuldig seyn, und da einer oder mehr sträflich befunden wird, deme soll das Brodt, so zu leicht, durch den Rath genommen, denen armen Leuten gegeben, und folgendes umb zwey Marck, halb unsern Ampte und halb den Rath zu erlegen, gestraft werden; doch soll hiemit das altgebackene Brodt, so drey Tage alt ist, nicht gemeinet seyn, sondern das alleine, so einen Tag und Nacht alt ist, denn solches das Gewicht vor voll haben und halten soll, an den altgebackenen Brodt aber, so drey Tage alt ist, sollen sechs Loth an einen groschen, und drey Loth an einen halben groschen Brode passiren, und nicht zu straffen seyn.**

18 * **Vier.** Similiter inter ipsos opifices dantur quidam, qui appellantur **Fur-Meister** qui cognitionem in causis Collegii opificiariis habent. Uti extat in statutis Pannificum Cizensium *Artic. IV.* verb. **Sollen gemeldte Furmeister des Tuchmacher Handwercks unter ihnen selbst, wie das von alters hero gehalten, über bekandte geringe Handwercks Schulden und Gülde, auch wenn sie von Handwercks wegen beysammen seyn, über Scheltwort, doch ohne Schläge, Blutrunst, und Wunden zu richten haben.**

THES. IV.

19 In *specie* vero, & in *relatione* ad Opificia, Status, conditio & modus, quo aliquis ad Collegium refertur, MAGISTRI vocabulo innuitur, eoque sensu alius est **Ober-Kertze-** oder **Jung-Meister/ Dorff-Land-Laden-** und
20 **Gnaden-Meister** aut simil. Quare, ut *Domini* nomen, & relativum & absolutum est, ac *modo* in actu eum denotat, qui alios infra se habet, quibus reapse dominetur atque imperet; *modo* in habitu eum, qui dum hos non habet, alii tamen non est subjectus, atque insuper aptus ad dominandum ha-
21 betur. Ita *Magistri* quoque vocabulum aliquando actualiter, aliquando aptitudinaliter accipitur, & *interdum* denotat eum, qui statum puerorum atque Optionum supergressus, speciminibus artis exhibitis, charactere ma-

gi-

gisterii a collegio est insignitus atque idoneus judicatus, qui scholis atque officinis præesse, discipulos docere, Optiones adscribere, atque in universum, qui opificium suo nomine exercere,& Jura magisterii usurpare valeat, Licet nondum sit, qui aut opus efficiendum locaverit, aut puerum informandum tradiderit, aut ad Simultaneas operas se ipsi addixerit, daß er weder Arbeits-Herrn / noch Gesellen oder Lehr-Jungen habe. *Interdum* vero eum, 22
in quo hæc omnia concurrunt, & hactenus cum Gubernatore coincidit, uti qui & Magisterium & directionem complectitur; Gubernator quippe, etiam Magister est: quamvis non contra; si stricte accipias; Populariter autem latius sumitur, & frequentius Magistri quam Gubernatoris vox usurpatur: Gubernatoris etiam nomen splendidius hodie habetur, quam ut hujus generis hominibus oportune tribuatur.

ANNOTATIONES.

* **Jung-Meister.** Officium Junioratus sive der Jung-Meisterschaft 23
est quidem regulariter a junioribus subeundum, potest tamen per contrarias transactiones aliter disponi. Uti declarat Decretum coram Regimine Jenensi in Sachen der Schlösser Zunfft. verb. Wir Fürstl. Sächsische zur Regierung alhie verordnete Vice-Cantzlar und Räthe, Uhrkunden Krafft dieses; Demnach zwischen denen Ober und andern Meistern der Schlösser Zunfft alhie an einen, Meister Andreas Butzen und Hans Schmidten beyden Schlössern, andern theils, wegen des von besagter Zunfft diesen letzten angesonnenen Jung-Meister Ampts und Auffwartung beym Handwercke, Irrungen entstanden, welche anfangs beym Stadt-Rath alhie durch einen Bescheid entschieden, hernach auch an den Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn, Herrn Johann Wilhelm Hertzog zu Sachsen, Jülich, Cleve und Berg, auch Engern und Westphalen, unsern gnädigsten Fürsten und Herrn, per appellationem dahin gediehen; Als sind solche auff die Fürstliche Regierung zwischen denen Partheyen gepflogene Verhör, und beyderseits beschehene remonstration, auch gethane Vorschläge, endtlichen dergestalt gütlichen verglichen und beygeleget; daß einsweilen, und so lange, biß ein neuer Meister wieder in ihre Zunfft treten würde, sothanes Jung-Meister Ampt, und was dem anhengig, von allen und jeden Meistern, nur die Ober-Meister ausgeschlossen, und zwar, nach der in dem Meister-Buch beschriebenen Ordnung geführet, auch von den Meister, der gleich nach denen Ober-Meistern folgete, der Anfang gemachet, und also bey allen Zusammenkünfften des Handwercks, wo die Auffwartung der Jung-Meister nöthig, Wechselsweise, biß ein neuer Meister, deme als denn das Jung-Meister-Ampt obliget,

lieget, eingetreten, fortgefahren werden solle. Wenn denn die Partheyen mit diesen Vergleich, samt und sonders zufrieden gewesen, und diesem also nachzukommen gerichtlich angelobet, auch daß solches zu mehrerer Versicherung, in einen Recels verfasset werden mögte, gebührend angesuchet; Als ist ihren Suchen deferiret, und gegenwärtiger Vergleich, unter vorgedrucken Fürstl. Cantzley Secret, denen interessenten ausgehändiget; Sie auch hierbey bedeutet worden, daß wenn hinführo aus andern Zünfften einige Meister sich zu ihrer Zunfft gesellen würden, solches anders nicht, als mit gnädigster Herrschafft Vorwissen und Bewilligung geschehen solle. Signatum Jene den 21. Febr. 1698.

24* **Meister.** Eodem pertinet appellatio Zech- und Zunfft-Meister. Uti extat in Edicto Cæsareæ Majestatis. In Käyserlichen und Königlichen Ober-Ampts Patent wegen der von denen Tuchknappen zu Grünberg Anno 1688. in Julio verübten Tumulten, und daß ohne Vorbewust des Magistrats, Zech- und Zunfft-Meister, ihre Zunfftgenossen nicht straffen sollen. In sequentibus formalibus: der Römischen Käyserlichen auch zu Hungern und Boheimb Königlichen Majestät, Obrister Hauptmann, wir Frantz Ludwig ꝛc. Entbieten ꝛc. und geben denenselben hiedurch gebührend zu vernehmen, was gestalt allerhöchstgedachte Ihro Römische Käyserliche und Königliche Majestät, Unser allergnädigster Herr, Dero Königlichen Ober-Ampt, unterm dato Wien, den 20ten Jun. allergnädigst intimiret, daß dieselbe so wohl bey dem, in den Monat Julio des 1688sten Jahres, in Dero Königlichen Weichbild Stadt Grünberg, von denen Tuchknappen verübten Tumult, und anderer Zechen daselbst, angemasten Ausschliesung verschiedener Personen aus denen Handwercken. Als auch denen offtermahls aus andern Dero treu gehorsamsten Städten, eingelauffenen Querelen wahrgenommen hätten; daß meistens solche inconvenientien von den abusu, derer, von denen Handwercken durchgehends arrogirten Bestraffungen unter sich selbst herrührten, und dannenhero sothanen Ubel, zwar durch Dero Verordnungen heilsamst zu remediren allergnädigst befunden hätten, hingegen aber auch denen Zünfften durchgehends die Beobachtung honestatis publicæ und allgemeiner Erbarkeit, oder die Denunciation in deme, was darwieder sich etwa contra regulam moralem, oder auch die erhaltene Privilegien begeben möchte, zu benehmen, oder sie darine zu hemmen, allergnädigst nicht gemeinet, sondern vielmehr hierob allergnädigst Hand zu haben, von selbsten geneigt wären. Nachdem aber gleichwohl aus täglicher Experientz beobachtet und erfahren, Allerhöchst gedachte Ihro Käyserliche Majestät auch nicht wenig angelauffen worden, und so viel hervorkommen

wäre,

wäre, daß durch die, von denen Zünfften ihnen arrogirende Cognitiones und erfolglich aufferlegende Straffen und Bussen, zum öfftern gar irrationabiliter, und wieder alle Rechte, meistens von denen, die deren bey ermeldten Zünfften nicht kündig wären, verfahren, und die wandernde und arbeitende Gesellen in ihren billigen Gewinn und Gewerb, recht unverantwortlich gedrucket, wo nicht gar zu Boden geleget worden. Als hätten mehr allerhöchst ermeldte Ihro Käyserliche Majestät hiermittelst allergnädigst resolviret und erkläret, daß zwar dasjenige, was contra honestatem publicam & bonos mores, bey denen Zünfften und ihren Untergebenen vorlauffen, sie denen Magistratibus ordinariis zu denunciren, und mit angebrachten Indiciis und erforschten Beweiß zu hinterbringen, befugt bleiben, auch solches zu thun schuldig seyn sollen. Allermassen in Fall sie es unterlassen würden, und derentwegen etwa einige Auffstände, und dergleichen, sich künfftig ereigneten, oder aber durch ihre unterlassene zeitliche denunciation entweder Anlaß dazu gegeben, oder nicht in tempore gedämpfet werden solten, Ihro Käyserliche Majestät solches an die Zech- und Zunfftmeister selbst, sine autoritate & cognitione Magistratus, darüber zu sprechen, oder deshalben Straffe und Busse auffzulegen, in alle Wege unbenommen seyn solle. Wenn denn allerhöchst bemeldte Ihro Käyserliche und Königliche Majestät zugleich dem Königlichen Ober-Ampt allergnädigst vorstehende resolution (umb dieselbe also in allen gehorsamst zu beobachten, auch solcher allerseits unverbrüchlich, und bey Vermeidung Dero Käyserlichen schweren Straffe und Ungnade, nachzuleben, und darob feste zu halten) durch dieses Hertzogthum Ober- und Unter Schlesien bey allen hoch und niedern instantzen, mit den forderlichsten zu intimiren. Als haben wir solches hiemit allergehorsamst befolgen wollen. Und beschiehet solchem nach, an ob- hoch- und wohlbedachte Herren Fürsten und Stände, Unser respective Ampt. Erinnern und ermahnen, sie wollen aller Orten, sonderlich bey denen Stadt Magistratibus und vermittelst derselben, bey allen Zechen und Zünfften, diese allergnädigste Käyserliche resolution ferner intimiren, und dabey die nachdrückliche Verfügung thun, daß bey etwa hinkünftig unter denen Zunfftgenossen entstehenden Streitig- oder Mißhelligkeiten, die Zech- und Zunfftmeister, wie sie bißhero sich mißbräuchig unterstanden haben, für selbst darüber zu sprechen, und Straffe zu dictiren sich ferners hin nicht untermassen, sondern alles de casu in casum, denen vorgesetzten Magistraten, mit allen Beweiß und Umbständen denunciiren und vortragen, auch derer Erkäntniß darüber erwarten solle. Gestalt denn auch in allen Vorfallenheiten, daß dieser allergnädigsten Käyserlichen Resolution gehorsambst nachgelebet werden soll, fest

Hand zu haben, dadurch aber die bißherige inconvenientien bey denen Zünfften, beſtmöglichſt unterbrechen zu helffen nicht unterlaſſen werden.

THES. V.

25 Quam inſigne vero, quamve nobile ſit *Magiſtri nomen*, neutiquam tamen omnes ea appellatione æque delectari videas, quin *averſati* potius, præprimis, qui Artem magè quam Opificium tractare ſe profitentur; atque in contumeliæ partem imputare, tanquam Excoriatori exæquaveris. Un-
26 de Magiſtros eos vocanti, cum indignatione reſpondebunt: Der Schinder ſey ein Meiſter! Atque adeo in ejus vicem diverſas honoris appellationes ſubſtitutas obſervare licet, quibus a ſuis vocari, & in converſatione denominari geſtiunt, Principales, Patronos, Dominos, Seniores ſive Italice Segniores, Prinzen/ Lehr-Prinzen/ Lehr-Herrn/ Patronen ꝛc. quaſi digniores Opificibus ſellulariis. Quomodo Chirurgi defendent titulum ſuum, wenn ſie ſich laſſen Prinzen ſchelten: cum ſecundum etymon Chirurgus nihil ſit aliud als ein Handwercker? confer Dn. Ammon *Medic. critic. in diſcurſ. ad caſ. 34. p. 200.* Innixi fortaſſis diſcrimini, quod in *l. 27. pr. ff. de pecul.* conſtituitur, & Artificium Vulgare aliquod dicitur, tanquam aliud Nobile detur; quo de ſub *rubr. de Opificiis* dicetur.

ANNOTATIONES.

27 * *Seniores.* Quæritur vero; An Seniorum pacta præjudicent Collegis Opificii? Reſpondetur: Seniores Collegii, ipſi Collegio cæterisque Collegis tranſigendo, vel appellationi renunciando nocere non poſſunt; Sunt enim Seniores tanquam adminiſtratores tantum & curatores negotiorum Collegialium, qui ea, qua par eſt, diligentia atque ſollicitudine, iſta curare & gerere debent, ut diligentibus Curatoribus convenit. Quemadmodum vero Curatores minorum, ut & Procuratores ſuper negotiis ſuæ adminiſtrationis tranſigere non poſſunt, ita etiam Collegii Senioribus idem non eſt permittendum. Quanquam enim alias Seniores & Curatores Collegii nomine illius paciſci queant; attamen hæc ad ea tantum pertinent, quæ ſunt ipſorum curæ atque poteſtati concredita. At vero ad hæc non ſpectat *litis remiſſio*, præſertim talis, quæ libertatem, honorem atque prærogativam Collegii ejusque membrorum concernit, talia enim jura penitus communia totius Collegii reſpiciunt, quæ non ita ſimpliciter arbitrio unius Senioris ſunt permittenda, cum ſit res maximi momenti, quæ ſemel amiſſa, recuperari facile non poteſt, ut hinc, communi tantum conſilio habito, ſuper ejusmodi re ſit ſtatuendum. Conf. Mevius *Part. VIII. deciſ. 3.*

THES.

THES. VI.

Magistrorum variæ ac modo non innumeræ, eæque diversissimæ, sive *species* sunt sive denominationes, tam a sumta professione, quam a commissa functione mutuo sumtæ, quarum catalogum si texas alphabeticum, (neque enim opus est, ut hic simus magis accurati) provenient ex omni vita humana, Ammeister / Baumeister / Bauermeister / Bothenmeister / Bürgermeister / Cammermeister / Dorffmeister / Exercitienmeister / Fechtmeister / Forstmeister / Freymeister / Gassenmeister / Gnadenmeister / Güldemeister / Handwercksmeister / Jägermeister / Jahnmeister / Jungmeister / Kertzemeister / Ladenmeister / Landmeister / Obermeister / Rathsmeister / Renthmeister / Schichtmeister / Sprachmeister / Stadtmeister / Tantzmeister / Viertheilsmeister / Wagenmeister / Zucht- und Zunfftmeister: quorum plerique, quoniam ad rem opificiariam non pertinent, a nostro scopo sunt alieni, neque peculiarem merentur tractationem, nisi quod nominum apud aliquos rationem reddere placuerit.

28 29 30

ANNOTATIONES.

* **Gnadenmeister.** Scilicet distingvi solent Collegia in *determinata* & *indeterminata*; Illa vocantur, quæ certum & definitum quendam tam Magistrorum, quam discipulorum habent numerum; id quod ex diversa Collegii cujusvis fundatione, privilegiis aut observantia dependet; Huic proinde Collegio Opificum numerato, si aliquis addatur veluti *supernumerarius*, vocari solet *Magister gratiæ* **Gnadenmeister**, atque de hoc vulgo interpretantur *l. 2. Cod. de Castrens. & Minister.* ibi: *Si quis primæ vel secundæ, vel tertiæ formæ specialiter inter statutos gradum cœlitus valuerit impetrare: Supernumerarius ultimus formæ tertiæ in matriculis habeatur.* Erant nimirum Castrenses & Ministeriani, ministerio sacro, id est, Principis deputati, ut pistores, vestitores, pincernæ &c. Horum igitur certus erat ordo, nimirum prima forma, secunda & tertia, & certus porro numerus; Ut hinc supernumerarii, qui beneficio Principis locum haberent, non obstante Rescripto, in forma tertia, ultimum semper obtinerent locum. Brunnem. ad *d. l. 2. Cod. de Castrens. n. 1. 2.* Patet ergo talem magistrum gratiæ, proprie in Collegio non esse, sed nominetenus tantum magistrum opificii dici; Unde quoque ad ordinarios Collegii conventus atque consultationes non solet vocari aut admitti, nec forum Collegii commune sequitur, sed plerumque sub jurisdictione Præfecturæ Principis **Fürstl. Ampts** degit. Pariter neque gaudet immunitatibus omnibus, quibus alias ordinarii illius Collegii uti solent arg. *l. 4. Cod. de SS. Eccles. l. 3. Cod. de offic. magistr. milit.* Enenkel. de *Privileg. Lib. II. cap. 4. n. 110.*

31

Christin. *Decis. 73. n. 9. 12.* Solet proinde aliquando dici Opifex Aulæ Hoff-handwercker, unde Hoffbalbier, Hoffschmied ꝛc. Alia vero sunt Collegia indeterminata, quæ certum & clausum numerum non habent, sed pro re nata augeri vel minui possunt, pro arbitrio vel ipsius Collegii, vel Principis concedentis. Atque talia in dubio esse præsumuntur, cum magis hoc sit naturali commerciorum libertati conveniens, cum e contrario clausus numerus, speciem monopolii præ se ferre videatur.

THES. VII.

32 AMMEISTERI nomen in Republica Argentinensi usitatum, Magistratum inter supremos denotat, e non-nobilibus lectum, eumque anniversarium, Consulem dictum, cujus officium atque potestatem descriptum dedit Joh. Casparus, Matthiæ filius, Berneggerus, conciso scripto 1668. prolixius ei præeunte Philippo Knipschildio, *tr. de jurib. & privil. civit. Imper.*
33 *Lib. 3. cap. 51. n. 27. pag. 981.* Ubi insuper de Prætore, quem dicunt Städtmeister civitatum Magistrum, scribunt, Nobilitatis munus, seu provinciam Nobilitati, cum trimestri Imperio committi solitam esse, custodiam si-
34 gilli majoris adjunctam habentem, cujus & Senatus nomine, omnia decreta & epistolæ signentur atque expediantur. Architecti, Baumeister / sunt structorum principes, qui ædificiorum rationem comminisci & instruere didicerunt, ac graphice, h. e. lineamentorum ductu, & umbratili pictura earum formas describere, einen Abriß machen: *d. l. 6. ff. de jur. immun.* nec non operantibus omnis generis, compendia suggerere. Magistri Rusti-
35 corum, Bauermeister / in Saxonia inferiori, sunt illi quos heic locorum Scultetos paganos, item Judices ac prætores alicubi dicimus: prout constat ex Divorum Augustorum Ducum respective Saxoniæ & Brunsvico-Luneburgensis, Constitutionibus provincialibus, aliisque Edictis, v. g. Mandat von verbohtnen Fischen/ Vogelstellen ꝛc. Augusti, Admin. Magdeb. datum *Hallis Sax. 9. Jul. 1642. ibi:* wie auch ein jeder so Gerichtbarkeit hat/ so wol die Bauermeister und Schultzen in den Dörffern/ Krafft dieses befehlicht seyn/ *p. 589.* It. Allgemeine Lands-Ordn. D. Augusti Ducis B. & L. *de 7. Jan. 1627. proœm. §.* Es sol auch niemand / *vers.* Zu dem Ende ein jeder Baurmeister alle Nachbarn und Einwohner seines Dorffs ꝛc. *p. 321. & §. 101.* Die Bauermeister/ welche die Einnahme und Ausgabe in den Dörffern ha-
36 ben/ *p. 347.* Præfecti Nunciorum, Bohtenmeister/ in Tribunalibus majoribus & Cancellariis Principum usitati sunt, quorum officium ex *Ordinat.*
37 *Cam. Spir. part. 1. Tit. 35.* cognosci potest. Magistri civium, Consules, pas-

sim

sim audiunt Bürgemeister/ alicubi locorum Magistri Senatus, Rathsmeister/ uti Halæ Saxonum, Erfurti, ac quondam etiam Jenæ; ut adeo Synonyma crediderim, quum dignitate ac potestate pares sint. Nisi ubi in eodem loco simul, ac juxta cum Magistris Senatus, habeantur etiam Magistri civium, prout de Erfurto suo Joh. Hundorphius in *Encomio Erfurtino* scribit, & Magistros Senatus primo, civium vero Magistros sexto demum ponit loco. Magistros Cameræ ac redituum 38
Cammer- und Renthmeister intelligimus Rationales Principum, rebus eorum privatis præfectos, quorum tamen nomen & potestas pro lubitu suorum Principalium, atque adeo juxta singulas aulas, quinimo juxta diversas ejusdem aulæ ætates variant. Ad Magistros exercitiorum referimus o- 39
mnes, qui corpus humanum ejusque membra apte, atque cuivis actui cum decore convenienter gubernare docent, uti sunt Arma omnis generis tractare, Saltare, Cibos dissecare, Equitare, Pilam agere & sim. de quibus tractat Georg. Gumpelzheim. *Pro-gymnas. de exercit. acad. partit. 3.* Qui 40
in civitatibus per regiones, vicus ac plateas; puritatis servandæ, incendiorum extingvendorum, Advenarum observandorum gratia, vel etiam ad censuram morum inter cives dispositi sunt, illi Vierthels/ und Gassenmeister dicuntur: quod officium in suburbiis ad illos pertinet Tribunos, quos Tutores Vormündere dicunt. Qui inter Messores ac Vindemiatores 41
agmen ducit, vocatur Jahnmeister/ cujus usus, cum in tempore inchoandi & cessandi, tum in loco & finibus servandis, aliis item in convenientibus præcavendis existit. Sed in rebus metallicis, qui certo puteorum numero 42
præpositus, cum inspectione Cuniculariorum qui inibi operantur, sumtuum insuper atque expensarum rationes conficit, Schichtmeister vocatur: utrum quasi Schachtmeister a puteis illis quibus est præfectus, an a feriis, & cessatione, quod Operariis uti initia sic & finem laborum indicet; Nam Schichte machen/ est a laborando desistere & quiescere: jam non definio. Sed ne longius a scopo abripiamur, cœteros qui supersunt, ex jam dictis cognoscendos relinquimus.

ANNOTATIONES.

* *Magistratum.* Inter Magistratus peculiares, qui in causis opificiariis speciatim 43
solent esse ordinati, maxime in Civitatibus Imperialibus eminet præter allegatum ab Autore, etiam Judicium Francofurtense, ubi hic servatur ordo ut Causæ quidem levioris momenti decidantur per Decanos opificiorum von denen geschwornen Meistern, quorum quælibet Tribus suos habet proprios. Causæ vero gravioris momenti ad Consules, vel totum Senatum, deferendæ sunt,

qui etiam Magistros juratos constituunt. Uti testatur Knipschild ex *Diario Historico* des Franckfurtischen gefährlichen Auffstandes anno 1616. verba sunt hæc: dieweil die Zunfft und alles Zunfftgericht abgeschafft, so sollen die Handwercker weiter keine Macht noch Gewalt haben, weder vor sich selbst Gesetze oder Ordnung zu machen, noch jemand zu erfordern und selbsten zu straffen. Was sonsten in Handwercks-Sachen einkommet, es sey von Auswertigen oder angesessenen, daß soll vor die Bürgermeister gebracht, und entweder von ihnen abgeschieden, oder nach Gelegenheit der Sachen, vor einen gantzen Rath referiret, immassen auch andere Streitigkeiten, so zwischen denen Handwerckern vorfallen, entweder bey denen Burgermeistern allein, oder wenn sie mehrere importantz auff sich trügen, vor einen gantzen Rath entschieden werden. Es sollen auch bey jeden Handwerck gewisse geschworne Meister, nach Grösse des Handwercks drey oder 4. geordnet ꝛc. die wenn sie erfahren, daß jemand was verbrechen würde, solches bey den Herrn Burgermeister anzeigen wollen. Processus ipse ita se habet; Si nimirum causa gravioris notæ incidat, denunciatur illud Consuli Seniori, qui vel solus illam componit, vel suffragia totius Senatus requirit, vel scamni tertii Assessorum id est, der drittbäncker, qui sæpius curam finiendarum controversiarum mechanicarum habere dicuntur, nec facile licet ab illorum sententia appellare. Accedit & hoc, quod quælibet Tribus, quæ locum inter Senatores Scamni tertii, quorum sunt XIV, non habet, sibi ex Senatoribus primi & secundi scamni Patronum eligit, qui commoda Opificii, sive interesse eius, ut loquuntur, observare debeat. Videatur pluribus die Einleitung zur Nachricht von Städten des heiligen Römischen Reichs teutscher Nation Cap. II. §. 4. von der Stadt Franckfurth am Mayn, ubi ita refertur: Weil unter der Zahl dieser 14. Personen, auff der dritten Banck, nicht alle Handwercker können begriffen seyn: Dannenhero leget ein jeglicher von den übrigen Handwerckern sein Küssen auff die ersten zwey Bänche des Raths, und derjenige Senator, welcher darauff sitzet, muß bey aller Gelegenheit ihr interesse beobachten Conf. Beier de *Protector. Opif. th. 19.*

44* Inter judicia Opificum particularia, quæ, in pluribus locis, sunt speciatim ad causas opificiarias ordinata, memorandum est illud, quod in Urbe Imperiali *Ratisbonæ* extat, & dicitur Hansgrafen Ampt. Præses hujus est judex, dictus *Hansgravius*, coram quo causæ opificum litigiosæ tractantur, adhibitis Decanis suis Collegii, ita tamen, ut iste decisionem suam addat. Institutum hujus judicii deducendum videtur a fœdere Hanseatico, quod olim in Imperio maxime erat illustre, ubi credibile, judicium tale initio fuisse commerciorum causa institutum; Cum enim antiquitus, judex, dictus fuerit Grafe, Comes,

uti

uti est **Gograse**, quasi judex certi alicujus districtus, qui antiqua vernacula, Gau vocabatur; Item **Ding-Grafe**, quasi judex specialis certi alicujus **gedings** seu judicii, cujus sistendi causa, partes inter se **Geding** s. conventiones fecerant. Ita quoque dictus **Hans Grafe** denominatur quasi **Handels Grafe** sive Comes ac Judex Commerciorum; Unde quoque frequentissima appellatio **Handels-Gerichte**, in illis locis occurrit, ubi mercatura floret, prout est Lipsiæ & aliis locis. Vel etiam dictum putes, quasi Judicem Hanseaticum, a fœdere illo Hanseatico Urbium. Licet vero postea tale fœdus desierit, reliquiæ tamen nominis remansisse potuerunt, ut deinde hoc judicium, ob affinitatem commerciorum & opificiorum, ad hæc translatum fuerit. Et quidem memorat Knipschild *de Civitat. Imperial.* Fridericum II. Imp. Civitati Ratisponensi potestatem & privilegium dedisse, constituendi Hansgravium, qui disponeret & ordinaret, extra Civitatem & non intra, ea tantum, quæ nundinarum negotia respicerent. Verum postea appellatio & officium hoc latius & in urbem quoque tractum videtur. Processum hujus Judicii probat Extractus Protocolli, in causa cujusdam diffamationis, cujus verba sunt hæc: **In Sachen Hans Christoph Stoll, von Stutgard, und Andreas Grundner, von Regenspurg, beeder Schreiner Gesellen, ungleicher Beschuldigung halber, hat E. E. Hanß-Gericht, nach eingenommener Klag und Antwort verabschiedet: Weilen Beklagter dasjenige, was er den Kläger bezüchtiget, demselben nicht würcklich erweisen können; Als hat man in Gegenwart der vier Meister des Schreiner Handwercks alhier, zu verhütung aller fernern Weitläufftigkeit, was ihnen beyden Schreiner Gesellen vorgegangen, alles ex officio auffgehoben, daß solches obbesagten Stollen, an seinen Ehren und Handwerck nicht præjudicirlich, noch schädlich seyn solle; Zu dem Ende auch beyde Theile, wieder zu guten Freunden, daß keinem von den andern nichts, als liebes und gutes wissend, gesprochen, und offt berührten Stollen, auff sein bittliches Ansuchen, der Warheit zu steuer, gegenwärtigen Extractum Protocolli verwilliget. Donnerstag den 25. Jan. 1694. Hanß Grafen Ampt Regenspurg.**

* *Præfecti.* Similiter Præfectorum inter opifices magistros denominatio variat. 45 Licet enim cuilibet Opificum Collegio certi ex suo ordine constituantur Præfecti, Decani, Censores vel Magistri jurati &c. quorum officium generaliter in cura quadam ac defensione opificiaria consistit; appellatio tamen illorum vernacula & potestas specialis multum variat, pro diversa locorum ac Civitatum observantia; Sic Coloniæ Agrippinæ, Straubingæ, Augustæ Vindelicorum, Nerolingæ, Vratislaviæ, & Frauenstadii dicuntur **Vorgehere oder Vorstehere.** Porro Ulmæ, Ratisbonæ, Halæ Suevorum, Heilbronnæ, Winsheimii, Rotenbur-

burgi ad Tuberum, Ingolstadii, Herbipoli, Hanoviæ, Goslariæ dicuntur Geschworne. Præterea Mulhusii, Longosalissæ appellantur Zeichen-Siegel- und Schaumeister. Amplius in Regnis Cæsaris hæreditariis ac Salisburgi vocantur Zöch- sive Zechmeister; In Dania Aelter Leute, Aeltist und Gevolmächtigte. Porro in Terris Brandenburgicis, Dantisci, Lubecæ, Hamburgi, Brunsuigæ, Stetini &c. Aelter Leute, Aelter Männer. Denique in Ditionibus Saxonicis Ober- und Zeichen-Meister. Bremæ Ambts-Meister. Magdeburgi Innungs-Meister. Erfordiæ, Vormunder. it. Meister und vier. Argentorati, Bernæ, Wormatiæ, Forchemiæ, Zunfftmeister. *ſ. Consules Artium* Tiguri, Scaphusiæ Obmanne. Landeshuti, Monachii, Suinfurti, Bambergæ, Lipsiæ Vier- und Vormeister. Et aliæ plures appellationes occurrunt, prout observantia cujusvis loci fert.

THES. VIII.

Transeuntibus ad Magistros Opificiarios, & ibidem usitatas sive
46 species sive diversas saltem eorundem denominationes, primo loco obveniunt Magistri Pagani, Dorffmeister: non ab objecto imperii, quasi Pago cum aliqua potestate præsint, sed a mera localitate, seu domicilio ruri constituto sic dicti; & eatenus non cœteris convicaneis ejusdem pagi, sed Magistris sui opificii in vicina civitate collegiatis, contradistinguntur, qui
47 Stadtmeister dicuntur. In simili sensu alii Magistri provinciales audiunt, quasi per integram diœcesin dispersi, singuli tamen ad certum quoddam collegium omnibus commune alligati, Landmeister. Vocabula synonyma, & rem utrobique eandem existimaverit, qui causas opificiarias penitius non habet compertas; sicuti etiam Contribules omnes esse atque in eodem collegio triplicis classis, sive trium ordinum Magistros inveniri contingit.
48 Sub hoc tamen discrimine, quod Magistri urbici, in sensu generaliori a loco, nim. urbe, & qualitate inde adhærente, charactere nim. civico, Stadtmeister/ vel Bürgerliche Meister dicti, comprehendant suo ambitu e magistris provincialibus etiam illos, qui cœteras civitates minores, & jure peculiaris collegii destitutas, inhabitant, atque hactenus solis Magistris rusticis, qui pagos sub schemate rusticano incolunt, opificium tamen una exercent, & collegio urbico se submittunt, die das Handwerck in der Stadt mit
88 Quibus præsuppositis, facilis erit *ad cætera:* Utrum videl. Senatus aut ipse characterem magisterialem civibus suis imprimere, Aut eundem ab exteris impetrare, Aut his ipsis cives suos commendare debeat, Aut, quam prudenter hoc agat, atque de jure suo aliquid concedat? *Responsio.* Nam inter ipsas dubitandi rationes fuit admissum, quod ad Senatum, aut alium quemquis Magistratum, qua talem, nihil attineat, cum an sine axiomate magisteriali sit, civium unus atque item alter; adeoque nec
89 creare ipsummet oportebit, aut alio eos ablegare. Neque enim rarum est, maxime in populosioribus civitatibus exemplum, Opifex Irregularis! quia in ea civium multitudine difficile est, omnes explorare, omniumque statum habere compertum: qua de causa opifices in minorum gentium civitatibus tanto majori cum sollicitudine, extrinsecus ad se adventantes socios, magisterii Candidatos explorare studeant, & eorum promotionem suflaminant, utrum fortassis interea fama aliquid de ipsis renunciet, de vita ante acta, de conversatione cum irregularibus: Ne postea ipsorum causa negocium ab aliis patiantur; adeoque expellere teneantur: quia turpius e-
90 jicitur quam non admittitur hospes. Ad quietem autem & majorem civitatis pertinet tranquillitatem, omnes in ea Opifices & Collegiatos & Regulares esse; maxime vero, domestica habere Collegia: neque admittere, ficubi potest præcaveri, cives suos peregrina subire collegia. Quia plerumque alienis implicantur litigiis, neque unquam plenarie Magistratui suo Ordinario parebunt, aut cum nolint, compelli poterunt; sed impedimenta extrinseca prætendent. Atque adeo in odiosis quidem & incommodis, plus satis eos senties, auxilium tuum implorantes; cœterum, ubi
91 eorum obedientia maxime opus est, nemo deprehenditur domi. Cui malo avertendo, prudens in aliquibus civitatibus Magistratus, e diversis opificiis, quorum singuli ad collegium constituendum numero sunt insufficientes, Collegium aliquod Heterogeneum solet congregare, dum tamen ejusdem sint qualitatis, verbi causa, mera Gratuita, eitel geschenckte Handwercke: Atque confirmationi universali, peculiarem de unoquoque inse-
92 rere articulum, qualiter se habere debeat. Fecerit tamen hoc, an omiserit, Non istud sane sequetur, Licere Opifici illi solitario, de quo nobis sermo est, Jus ac statum magisterialem, qui alias non nisi a Collegio pendet,

sua

sua sibi sumere autoritate. Fac enim, neque Senatum neque cœtera Collegia istius loci contradicere; datur tertium! maximam a suismet experietur persecutionem: quia enim in occulto esse aut manere non potest, sed ex eo præsentiam ipsius animadvertent cœteri, qui operas suas hactenus ibi exercere consveverunt, quod ulterius non requirantur, daß ihnen die Kunde auſſen bleibet / werden nicht mehr gesucht / inde Invidia! Quod si nec 93
sponte nec invitatus ambiverit jus collegii, contemptum cœteri reputabunt, ac mox præsto erunt, Irregularem eum, Clancularium, Turbatorem ac Nequam vocabunt, omnem suis cum ipso conversationem prohibebunt; Aut, si qui furtive quasi apud ipsum operari audeant, eodem anathemate ferient: neque Tyrones quos docuit, melioris reputabuntur conditionis, Er ziehet lauter Pfuscher / quia acconventatio, seu contractus locationis doctrinæ, debet esse publicus, ac celebrari coram toto collegio, hätte für einem Ehrsamen Handwerck und vor der Lade sollen auffgedungen werden / quod ubi non factum, Missio quoque nulla erit: kan nicht loßgesprochen werden. Privatio præsupponit habitum. Isthoc denique concesserim, posse 94
vel præscriptione quem jus aliquod adquisivisse, si longissimo tempore absque contradictione quis alicubi sederit, Tyrones e schola sua emissi, acceptati fuerint, gefördert worden / maxime si Collegium quoddam, symbolum ab ipso collatum acceptaverit, den Qvartal-Groschen angenommen / sed utiti rarum ac difficile hoc, ita tamen non positive, sed negative Magistrum dixeris; Adeoque medio tempore nihilominus spem inter atque metum versaretur: E. dist. inter Statum Certum ac Dubium: Verum ac Putativum: Formam & Effectum; dum enim symbolum ab eo acceptarunt, effectu talem reputarunt, qualis forma non fuit.

ANNOTATIONES.

* *Irregularis.* v. g. Si quis fuerit pestilentialis, peste cessante, nomen & offi- 95
cium amittit, fuit provincialis Ampts-Balbier quem Collegium provinciale non recipit, nec pueros aut optiones, nisi qui suo periculo id audent, indulget.

* *Præscriptione.* Quanquam Collegium quoque juris per præscriptionem acqui- 96
rendi sit capax; Attamen hoc ita intelligendum est, si communi omnium placito quid conjunctim geratur; Siquidem quod unus vel alter Opificum succesivis temporibus fecit, ex illa re, Collegio jus aliquod Collegiale non quæritur. Atque in his, quæ sunt sub universitate ejusdem juris, per possessionem unius, alterius etiam possessionem retinemus. Conf. Leonin. *Conf. 50. n. 1.* Et

inprimis Dauth de *Testament. Tit. de Instit. Hared. n. 308.* Ubi controversiam unter denen Beutlern und denen Täschnern talem motam & decisam esse refert, cujus verba, cum ad rem opificiariam, & maxime ad differentiam dictorum Collegiorum discernendam, multum faciant, adscribamus, ita autem sunt: *Et cum semel in hanc materiam inciderimus, ego omittere non possum, quin paucis verbis proponam elegantissimam facti speciem collegialem, quam primo anno, quam Brunsuigam venissem, inter duo Collegia ex l. Neratius Priscus 84. de verb. signif. decidi. Brunsuigi inter duo Collegia Opificum, quos a crumenis & peris nominamus* die Beutler und Täschner/ *controversiam gravissimam inveni, quæ jam conclusa esset, eam recitabo, ut omnibus constet, nihil in jure minutum habendum, vel negligendum, omnia ex æquo, principia juris diligenter cognoscenda, quod omnia maximum in vita communi usum habeant. Illi qui crumenas faciebant, erant Actores, & contendebant, magistros sui Collegii tantum facere crumenas seris conclusas: perarios autem facere debere peras sine seris. Et in hoc consistere substantialem differentiam, inter suum & adversariorum Collegium. Reos autem, quibus jus peras obseratas faciendi haud quaquam esset, talia facere: & discrimen substantiale inter duo Collegia tollere, confusionem inducere; ita fieri, ut ipsi Actores ab omnibus aliis Collegiis excluderentur. Cui porro consectarium foret, quod res omnis illis tandem ad cassum reditura esset, nisi huic incommodo provideretur. Id est, hæc illorum intentio fuit:* Die Beutler klagten, daß ihrem Handwerck allein gebührte, ihre Arbeit auff Ring, Schlösser und Eisenwerck zu machen, dessen sich aber die Täschner eine Zeitlang auch angemasset, die doch allein unverschlossene Taschen und ohne Eisenwerck machen solten, und daß in dem der substantial Unterscheid zwischen ihnen und der Täschner Handwerck bestünde. *Et ut Actores intentionem suam tanto melius probarent, super jure Collegii testes multis in locis examinari curaverant, puta Vratislaviæ, Noribergæ, Dresdæ, Berolini, Numburgi, Halæ Saxonum & Lipsiæ; Quibus testibus illi sufficientissime probaverunt, se, id est, opifices Brunsuicenses in Bohemia, Polonia, Hungaria, in Silesia, Austria, Carinthia, Stiria, Marchionatu Brandenburgico, Helvetia, Suecia, Bojaria, Misnia & in tota superiori Germania pro Collegis haberi, tractari, honorari, & quod cum opificibus in præfatis regnis & territoriis unum aliquid universale Collegium & uniformia jura haberent.* Daß sie nemlich mit obbemeldten Königreichen und Landen ein algemein Vniversal Collegium und einerley Handwercksgebrauch und Gerechtigkeit hätten, und daß sie an bemeldten Orten vor Gülde-Brüder *id est pro Collegis* auffgenommen, geehrt und gefördert würden. *Probaverant sufficienter, quod*

Colle-

Collegia & opificia eorum, qui crumenas, & eorum, qui peras faciunt, ultra omnium hominum memoriam distincta Collegia & opificia fuissent, & adhuc distincta essent. Probaverant sufficienter, quod inter cætera substantialis differentia inter duo præfata Collegia in hoc quoque principaliter consisteret, quod illi, qui crumenas faciunt, seris uterentur, Adversarii non item: Id est: Sie hätten ausgeführt, daß unter andern der substantial Unterscheid zwischen Beutlern und Täschnern darinnen bestünde, daß die Beutler ihre Arbeit auff Ring, Schloß und Eisenwerck fasseten; die Täschner aber machten allein unverschloßte Arbeit, als Baurentaschen. *Hæc erat Actorum probatio. Rei contra, testibus idoneis, pro intentione Actorum elidenda, probaverant, opifices Collegii per 10. 20. 30. 40. 50. annos in Civitate Brunsuicensi seras conclusas in suis peris fecisse. Id est:* Sie hätten ausgeführt, daß sie binnen der Stadt Braunschweig von 5. biß ins 10. 20. 30. 40. 50. Jahr verschloßte Arbeit gemacht, und offentlich feil gehabt und verkaufft hätten. *Ideoque videbatur Actorum jus universale per præscriptionem spetialem, in Civitate Brunsuicensi elisum esse. Ego, cum illa causa mihi referenda esset, pro Actoribus sententiam concepi, hisce rationibus permotus. Primum quæstio erat de juribus Collegii, non de jure privati alicujus hominis, quare diligentissime examinavi reorum Acta, ut mihi inde constaret, Collegialisne reorum præscriptio fuisset, annon. Nequaquam enim mihi attendendum videbatur, quid unus aut alter fecissent. Neratius autem Priscus scripsit, tres Collegium facere l. 84. de R. I. Et quanquam Collegium & jura antiqua Collegialia ab uno aliquo retineri possunt: Tamen, cum hic ageretur de acquisitione juris novi quod non uni vel alteri privato, sed toti Collegio acquisitum prætendebatur, existimavi, pro substantia talis præscriptionis ad minimum collegiale principium adesse oportere, quo ipsa præscriptio, ceu fundamento quodam niteretur. Atque a reis nusquam vel articulatum vel probatum fuerat, quod totum illorum Collegium, aut major pars ejusdem, aut ad minimum tot personæ, quot ad collegium necessario desiderantur, puta tres aut duo, uno & eodem tempore peras & obseratas fecissent. Et quod ex tali initio Collegiali cucurrisset & completa fuisset præscriptio. Quare cum mihi ex Actis de principio collegialis præscriptionis non constaret, putavi, illam præscriptionem, quam rei adducebant, pro Collegiali præscriptione non esse habendam: Et ex actibus illis, quos unus vel alter successivis temporibus fecissent, toti collegio jus collegiale quæsitum non esse. Et hoc fundamentum mihi omnium maximum in hac causa videbatur: ad quod tamen neque Actorum, neque reorum Advocatus animum adverterat. Habui tamen & alia fundamenta. Nam animo mecum reputavi, omnes respublicas per justitiam consistere & conserva-*

mi.

ri. Justitiæ autem unam speciem esse, quæ distributiva appellatur, & officiorum atque personarum distinctionem in vita communi ordinet, tueatur & conservet. Existimavi ergo id maxime ad officium magistratus pertinere, ut provideat, quo omnibus opificiis suæ functiones constent, ne una pars generis humani evertatur. Confusio autem illa, quæ unius vel plurium Collegiorum licitorum, quibus respublica carere non possunt, substantialem differentiam tollit, **da ein Handwerck dem andern in das seine greifft** *vere justitiam distributivam evertit, & unam generis humani partem evertit, quæ jura haud quaquam tolerant. Pro hac sententia quoque faciunt, quod quæstio foret de prescriptione Collegiali & contra aliud Collegium particulare Brunsuicense, quod esset pars Collegii universalis* **der Beutler in obangezogenen Königreichen und Landen.** *At in his, quæ sub universitate ejusdem juris continentur, per possessionem unius, possessionem alterius retinemus.*

THES. VII.

97 Succedit occasione *sup. n. 94.* alia Quæstio (II.) excutienda: *Utrum* alterius Collegii sodales aliquem creare possint Magistrum? Quoniam enim *n. 120.* Cautela in hanc rem suggesta videtur, non immerito res hæc paulo altius repetenda, & rationes utrinque ponderandæ erunt: Consistunt autem partim in thesi, partim in hypothesi, seu, aliæ universales
98 sunt, aliæ particulares. Ante autem, quam hoc agimus, *Status controversiæ* rite est formandus; Scil. non esse (1.) Sermonem de quovis tumultuario Congressu plurium & promiscuorum opificum, qui pro pecunia conficienda, obvios forte Candidatos retineant, & permutatione Tituli pro pecunia rursum dimittant; eadem plane ratione, qua quis in transitu Gradum assumere, aut Clericus vagabandus passim sacra velit exercere. Neque agi (2.) in præsens de integro Collegio homogeneo, unoquoque ac citra differentiam; quod indubie quidem pollet facultate Magistros suæ artis
99 creandi, non in cœteros & alterius opificii homines. Sed (3.) casus esto talis: Sunt quædam opificia, rariora, seu in se quidem necessaria atque utilia, verum ob hoc, quod unus artifex multorum usui sufficere possit, minus frequentata & populosa, præsertim in civitatibus minoribus. In quibus ergo, juxta *n. 120.* diversi generis opificibus pluribus, in unum coiri Collegium, est permissum, ob unum aliquod tertium, in quo conveniunt omnes, v. g. quod operentur quidem, magis tamen negociandi quam inserviendi causa, daß es eitel Kramer-Handwercke wären/ und den Marck bauen/ nim. Pelliones, Acuarii, Perarii; Marsupiarii, Lorarii, Aurifabri, Cingula-

gularii & sim. & esse quidem pura puta gratuita, alle geschenckte Handwercke/habere insuper de unoquoque eorum Articulum expressum: Iam finge: 100
Appuliſſe aliquem ſui generis Socium, qui receptionem ambiat, aut, quem ob prætenſum privil. & Ius prohibendi, invitum in ſuam ſocietatem trahant, ins Handwerck zwingen. Utrum eo ipſo, quod receperunt, iure quoque Magiſterii, in ſua arte donare valeant, ita efficaciter, ut nuſquam apud Exteros artis ſuæ, metuendam habeat controverſiam ſtatus: An verò; Ius ſocialitatis quidem ei conferant, haben ihn zum Compen zwar auffnehmen/ aber nicht zu einem Meiſter ſeines Handwercks machen können.

ANNOTATIO.

* **Geſchenckte.** Dividuntur nimirum Collegia Opificum in liberalia, geſchenckte & minus liberalia ungeſchenckte Handwercker. Illa ſunt, quæ ex obſervantia quadam ſuis membris, ad quemcunque locum adventantibus, liberalitatem mutuam in victu, per aliquod tempus, gratis exhibendo, præſtare ſolent. Quod tamen per Imperii Conſtitutiones prohibitum, & ſub pœna Marcarum duarum auri Imperii Statibus injunctum fuit, ut hancce conſuetudinem aboleant Beſold. de *Jure Colleg. cap. 2.* Idem ſancitum in Ordinatione Politica Wurtenbergenſi *tit. 55.* vbi hæc ratio redditur, quod exinde non ſolum operarum debitarum negligentia oriatur, ſed & ſumptus in ejusmodi epulas impenſi mercibus poſtea imponantur, aliaque intolerabilia nocumenta in rempublicam deriventur Knipſchild *de Civit. Imper. Lib. V. cap. 2. n. 15.* 101

THES. VII.

Pro Negativa, præter generales *ſub n. 77.* allatas rationes, militant 102
porro, quod in eiuſm. Collegiis ſæpe de certo opificio non niſi unus, aliquando plane nullus, tunc temporis, quando Candidatus venit examinandus, exiſtat, qui de ſpeciminibus artis iudicium ferre queat, ad cœteros autem hoc non pertineat, adeoque aut repellendus, atque alio, pro conſequendo charactere, ablegandus, aut abſque probatione & documentis admittendus; *ſin prius* trahent illum exteri ad ſe, & ſic Collegium non augebitur, imo huius artificii ſpecies in hoc loco nunquam radicabitur; Aut Exteris anſa ſuppeditabitur, ius colonias ſuas huc extendendi; *ſin poſterius*, ineptos cum ſuo dedecore, & Civitatis detrimento recipient, nec autoritatem & evictionem adverſus Magiſtros artis ſuæ, præſtare ipſi poterunt. Deinde Finis determinat negotia; At neque in hunc finem conſtituta viden- 103

tur hæc Collegia, ut ea quæ artis ſunt, v.g. docere pueros, dimittere, creare Magiſtros, & ſim. exerceant, ſed negociandi causa, prout nomen quoque Krahmer / Handwercke / vel, das Handwerck der Krahmer / hoc importat; in quo Tertio etiam, ſcil. Negociando, conveniunt univerſa. Limitata E. cauſa limitatum producit effectum. Sin aut Tyro aut Magiſter ſit recipiendus, non ab hoc Collegio, & hiſce Sodalibus, qui ſaltem in remoto quodam tertio conveniunt cum ipſo; ſed a ſui generis, ſive in hac
104 ſive alia civitate degentibus Opificibus & Contribulibus id impetrabit. Is enim ordo naturæ eſt, ut unumquodque membrum ante cum proximo & cognato, quam remoto & extraneo coniungatur. *arg. l. 35. ff. de Reg. Iur.* &, Privilegium, non ultra tenorem; Tenor autem ultra Concedentis intentionem non eſt interpretandus. Quare, *fingas licet*, quod Princeps certum privilegio articulum de uno vel altero Opifice huic Collegio incorporato inſeruerit, non aliud tamen complectitur, quam Qualiter ille qui Collegium ambit, retro qualificatus iam eſſe debeat, & non, qualem illi eum declara-
105 rare in futurum valeant. Igitur, cum Pectinum Artifex Jus Collegii & Magiſterii ambiret, præexiſtens in Collegio Magiſter, licentiam & poteſtatem a Collegio vicino, cuius membrum usque eo fuerat, impetrare neceſſum habuerit, prout etiam partem ſumtuum iſthuc transmiſerit. Et cæterorum quoque ibi incorporatorum opificiorum Magiſtri, ſi ad eum non adſcendant numerum, ut domi & penes ſe Collegium poſſint implere, foris apud Lipſienſes aut Erfurtenſes receptionem invenire opus habeant, ubi Tyrones ſuos inſcribi, & Magiſtros creari faciant: atque in hanc ſententiam ferme condeſcendit Senatus in quadam relatione ad Sereniſſimum. *11. Iulii 1676.*

ANNOTATIO.

106 * *Absque probatione.* Id quod ſæpe in illis Collegiis contingit, quorum negotiatio ſingularem artis alicujus peritiam non exigit, uti eſt der gewandt Schnitt.

THES. VIII.

107 *Pro Affirmativa* militat (1.) ſtatus Collegiorum ordinarius & natura communis, quod polleant autoritate creandorum Magiſtrorum, aliorumque huius generis actuum exercendorum, ſive ſint homogenea & ex meris eiuſdem opificii hominibus conſtent, ſive heterogenea, & ex diverſis opificiis conflata; quoniam Actus illi collegiales, non pendent

dent a ſingulis ut talibus, aut ab eorundem Identitate, ſed ab ipſa integra Univerſitate, in qua ſinguli contribuunt aliquid pro conditione ſua. Quare, ſi aliquis ejus opificii, cujus character eſt diſtribuendus, 108
nunc interſit, minus erit dubium, quin actus Collegii aliquid, etiam quoad hoc opificium operetur, propter hujus concurſum : Sin contingat, talem pro nunc abeſſe ; caſualis hæc abſentia non poteſt Collegio præjudicare, ad actûs ejus impediendos aut annullandos ; Nam Jus ſemel ex coadunatione plurium quæſitum, tamdiu retinet, donec aut totalis Diſſolutio, aut certorum Separatio & Revocatio, ſive Superioris autoritate, ſive Sociorum conſenſu ſupervenerit. Neque inſolitum eſt, 109
unius opificii defectum, per vicini opificii Magiſtros præſentes ſuppleri, quicunque fiduciam habent : v. g. Serarii arrogant ſibi Horologia : Ephippiarii Marſupia &c. donec genuinus Magiſter ſupervenerit. Jam, ſi quoad ſpecierum elaborationem id juris atque moris reputant, quomodò adverſari credent moribus, Magiſterii characterem tribuere Sodali, opificii cognati ? Accedit (2.) & hoc, quòd non promiſcua turba 110
variorum opificiorum, omnimodaque diverſitas ſupponatur, ſed *Tertium* aliquod ſit, in quo uniantur, & cujus vi mutuam poſſent efficaciam communicare. Non generale iſtud & extrinſecum, Negotiatio, ſed propinquum & internum, qualitas nim. ſeu adjunctum commune *Liberalitatis*, quòd mera ſint Opificia Gratuita ; quorum mos de cœtero eſt, ut ſi duo ſint ejusdem opificii Magiſtri in aliquo loco, etiam extra ſtatum Collegii, ac puerum recipere in doctrinam velint, aut de diſciplina dimittere, aut ſimilem actum opificialem ac Collegialem exercere, poſſint id, adhibitô Tertiô alterius opificii itidem gratuiti, liberè & ritè peragere : Cur non E. & ſi ſint collegiati ? Faciebat inſuper (3.) in præſenti hypotheſi, quòd tale Collegium ex communi conſenſu tam 111
Exterorum quàm Incolarum, per annos hominum memoriam ſupergredientes, in ea conditione ſubſtiterat ; nec dubium erat, quin plures actûs, extra Negociationem, ad Opificiarium jus ac ſtatum pertinentes exercuerit, adeoque præſcriptione munitum fuerit. Ut conſultum planè non foret, hujus dubii motione, ſcrupulum etiam Exteris relinquere, atque anſam diſputandi ſuggerere ; prout Senatus quoque in ſua relatione *d. 11. Julii 1676.* exiſtimavit. Et cum poſt aliquot annorum 112
intervallum caſus in terminis eveniret, atque Textorum laneorum alter alteri ſtatûs magiſterialis controverſiam moveret, oſtendi volens, ubi locorum jus ac ſtatum ſuum conſecutus, ubi ſpecimina ediderit, cui epu-

lum ſolenne præbuerit, teſtimonium à Collegio Textorum approbato. Collegium Opificum negociantium interceſſit, atque non modò temeritatem hujus litigii compeſci, verum etiam Reum, ad ſubeundum apud illos Jus collegii compelli petiit, adplaudente Senatu D. *1. Decemb.*
113 *1679.* in cauſa Eduart Roſt contra Georg Zanger. *Neque in contrarium* facit, quod Idem in quadam Relatione ſua ad Sereniſſimum, de dato *11. Julii 1676.* in diverſam inclinaverit ſententiam, ut *paulò antè n. 105. in f.* dictum: quia in præſens loquimur de ſtatu rerum prout nunc ſe habet, & quatenus defectum opificiorum & Collegiorum particularium homogeneorum, per Heterogeneum iſtud, in modum cautelæ & expe-
114 dientis ſarcire ſtudemus. Cum præſtet, Opifices ſolitarios iſthuc, tanquam in neceſſarium diverſorium interim redigere, quam ut extra omnem ſocietatem & legem libere vagentur, ſuo damno, & Reip. periculo permittere. *Priori caſu*, tanquam ad neminem attineant, contemptim habebuntur, & ad deſperationem atque diſceſſum adigentur. *Poſteriori* caſu, aut male agere, tanquam nullæ LL. ad eos attineant, incipient, aut exteris Collegiis ſe aſſociabunt, & obedientiæ Ordinarii ſe ſubtrahere ſatagent: prout uſu venire, aliquoties diximus. *Cæterum*
115 Re ut in ſe eſt, ponderata, non ſecurius modo eſt, quemvis à Collegio ſui generis adprobato, characterem magiſterialem obtinuiſſe, verum non ita pridem eſt, quando Senatus per decretum injungebat, docere locum & collegium, â quo Magiſter fuerit declaratus ille, cui à Sodali ejusdem opificii ſtatus irregularis exprobrabatur, & Terni Materiarii ſe invicem pro inidoneis diffamabant, unter dreyen Zeugmachern wolte keiner den andern vor einen rechtſchaffnen Meiſter erkennen. Hinc verba decreti: Nechſt dieſem/ ſol Eduart Roſt binnen 14. Tagen ein Atteſtat, ob und wo er Meiſter worden/ einbringen/ oder nachmahls die Meiſterſchafft bey einem gewiſſen Handwercke gewinnen. D *28. Julii 1679.*

ANNOTATIO.

116* *Creandorum.* Pariter competit Collegio ius eligendi ſuperiorem, qui habeat iurisdictionem in omnibus cauſis, quæ ad artem iſtam vel profeſſionem pertinent; ita ut ſubditi vel artifices, non poſſint declinare ejus jurisdictionem, ita tamen, ut illa iurisdictio non præjudicet ordinariæ magiſtratus jurisdictioni, in quem ſenſum allegatur *l. fin. Cod. de jurisd. omn. jud.* ubi Imperator ita reſcribit; *Periniquum & temerarium eſſe perſpicimus, eos, qui profes-*

fessiones aliquas seu negotiationes exercere noscuntur, judicum, ad quos earum professionum seu negotiationum cura pertinet, jurisdictionem & praeceptionem declinare conari. Quapropter jubemus, hujusmodi hominibus, nec cujuslibet militiæ seu cinguli vel dignitatis prærogativam in hac parte suppetere: sed eos, qui statutis in quacunque militia connumerati sunt, vel fuerint, vel qui dignitatem aliquam prætendant, sine aliqua fori præscriptione his iudicibus, tam in publicis, quam in privatis causis obedire compelli, ad quorum sollicitudinem professionis seu negotiationis, quam præter militiam (ut dictum est,) exercent, gubernatio videtur respicere, ita tamen, ut ipsis nihilominus judicibus, sub quorum jurisdictione militia, sive dignitas eorum constituta est, procul dubio respondeant: His videlicet, qui contra hujus tenorem legis venire tentaverint, militiæ cingulo, seu dignitatis honore, pro tali conamine spoliandis. Casum huius decisi fingit Sichard. in *Comment. Cod. ad d. l. fin.* Vendidi cuidam pellioni pelles pro 100. aureis, ut solvat mihi ad festum S. Martini: sed pellione isto differente solutionem, volo contra eum experiri actione ex vendito, quæritur, quo loco, & apud quem debeam eum convenire? & respondet hic Imperator, quod primum convenire eum debeam apud priorem suæ professionis, id est, apud suum Tribunum. Et sic de omnibus illis, quæ controvertuntur ratione artis, professionis vel eorum, quæ ad artem pertinent, possum eum apud professionis suæ principem deferre. Sed quidsi ego eidem pellioni vendidi domum, aut agrum & pretium differat, an ratione illius contractus, possim eum apud professionis suæ priorem accusare? Et dicitur quod non, quia professionum Principes tantummodo habent jurisdictionem in his rebus, quæ sunt artis vel professionis propriæ. Intelligitur autem illa jurisdictio Præfectis Opificum competere in omnes suæ professionis subditos, non tantum eo tempore, si adhuc sint in Collegio; Sed etiam si aliquando fuerint, & ratione artificii aliquid fecerint, propter quod jam, licet extra Collegium nunc constituti, conveniantur. Vnde si ante 10. annos iste pellio debuisset mihi ratione venditionis pellium 100. aureos, quos nondum solvisset, licet hodie desierit esse pellio, & sit forte mercator pannorum, tamen ratione istius contractus possum eum convenire coram magistro pellionum arg. *l. 2. C. ubi de ratiocin. ag. oport.* ubi miles post exutum cingulum, tenetur tamen respondere sub priori judice, id est, Tribuno militum de his factis, quæ tempore militiæ designavit. Sichard. *l. cit.*

THES. IX.

117 Sequitur (III.) Quæſtio: An Collegium Nullis innixum privilegiis, Magiſtros tamen creare valeat? ac Reſp. *Diſtingv.* (1.) inter Primævam Collegiorum Originem, & Statum eorum præſentem. Ab initio enim Collegiatos fuiſſe, Nemo affirmaverit; ſed non niſi ſinguli ac diſperſi, ſibi quique vixerunt, donec multiplicatis iis, Neceſſitas communis correſpondere, cohabitare, communionem inire, ſenſim ac pedetentim edocuit atque impulit: ſed materiale id fuit modernorum
118 Collegiorum. Ac licet poſtea in formatas adoleverint vniverſitates, non tamen vero eſt ſimile, quod ſtatim fuerint confirmatæ: ſed hoc tum demum, quando ob mutuas ſuper placitis, altercationes, à Superiore deciſionem controverſorum, & confirmationem cœterorum petere cogebantur, acceſſerit. Quantum E. ad primævam eorum cohabitationem attinet, ne noti quidem fuerunt Magiſtri noſtri, ſolenniter creati, ſed ſatis cuique erat, Reputari ut cœterorum unum. Succeſſu temporis potuerunt quidem aliquid horum, ſed usque ad contradictionem aliorum facere, quod, ſi nunc auſint tales, haud procederet.
119 *Diſt.* igitur (2.) Inter Jus & Factum. *De Jure* quidem non poſſunt: quia Magiſterium hodie ex moribus Opificum & Statutis eorum adprobatis, Non conſiſtit tantum in artis perfectione & excellentia, ſed eſt Character autoritate publica, rite, ex legibus aut moribus opificialibus publice comprobatis, ſub auſpiciis Collegii regularis ſeu validi impreſſus, ad certos effectus morales tanto commodius producendos.
120 Quia tamen l. *umbram* Collegii ſervant, & *analogum* quoddam Collegium conſtituunt, Sodales recipiunt, ſe invicem ut Collegas reputant & tractant, adeoque cœteros quoque actus & Jura collegialia ſibi arrogant, tractant & exercent: Ideo poterunt etiam tales Magiſtros Facti & Analogicos creare: Sed, qui non ulterius, quam ſui Autores, valeant. Extranea ejusdem opificii Collegia privilegiata, nec Boëthos illis dabunt, nec ab illis accipient, werden ihre Leuthe nicht fördern.
121 Sed, cum tenus hac, vel de Facto Magiſtros creaverint: Qv. (IV.) Utrum is qui nondum ab ipſis receptus, pro Turbatore habendus ſit? Reſp. ex ſuperiori hypotheſi, *Diſt.* ut *Abſolute* quidem loquendo, Turbatorem eum haud poſſint reputare. Quia talis non dicitur Niſi in relatione ad Collegia adprobata; quale quid illi non ſunt. *Re-*
122 *bus autem prout nunc* ſunt, ſumtis, quatenus vel de facto Collegium ali-

quod

quod analogicum ſervant, maxime ex Conniventia Superioris, Tunc poterunt eum Turbatorem *ſuo modo*, & in relatione ad ſemet ipſos habere: quoniam ad minimum in hac ſua quaſi poſſeſſione & qualicunque ſtatu eos turbat. *Maxime*, ſi talis ipſe *de iis exiit*, & ſtatu diſciplinari ab illis ſumto, pro regularibus habuit: Nam, *qui forinſecus* ab aliis Collegiis confirmatis huc *acceſſit*, adeo non curabit eorum ſuſurros, ut potius viciſſim eos pro Turbatoribus & Irregularibus reputaturus ſit, tanquam qui non ſint idonei, de aliorum ſtatu judicare, eosve Turbatores habere.

Qv. (V.) Num ejusmodi hominem, ſi ob certas cauſas detre- 123
ctent, recipere in Contribulem & Magiſtrum, à Magiſtratu compelli poſſint? Reſp. *Diſt.* Inter *cauſas repudiationis*. *An* tales ſint, quæ vel ab introitu in Collegium adprobatum repellerent, ob probrum aliquod aut flagitium: & Talis à quovis congreſſu honeſtorum excludendus, neminique adeo invito obtrudendus. *An* ſint ab argutiis opificialibus & jure Collegiorum profectæ ſeu deſumtæ; & nihil adverſus eum efficient. Nam, *licet* Magiſtratus qualicunque conniventia ſua eos in ſtatu 124
præſenti hactenus toleraverit, Non tamen impeditur Eos poſthac compellere ad Jus & privilegium Collegii ab ſe impetrandum: quin imo, hac ipſa recipiendi impoſitione illos comprobaſſe videtur. Et ſi vel poſthac nolit eos cum jure Collegii eſſe, quo forſan ob delictum exuit, poterit nihilominus eis hunc obtrudere, ſine adprobatione & reſtauratione; ſaltim ad hunc effectum, ut eum reputent tanquam aliquem ſuorum: Daß ſie ihn zum wenigſten nicht ſollen ringer halten als der Ihrigen einen ꝛc.

ANNOTATIO.

* *Originem.* Primus apud Romanos Collegia artificum, Opificum & Merca- 125
torum inſtituiſſe dicitur Numa Pompilius, qui etiam Opificum membra ſacrificiis ſolennibus epulisque ſtativis anni temporibus obligabat Plutarch. in Numa ſcribit his verbis: *Poſtea Numa Pompilius, ut differentiam populi pluribus odioſam tolleret, qua alio dicebantur Romani, alii Quirites, alii Tatii, alii Romulei, alii Sabini &c. introduxit artium & negotiationum diviſionem, eorumque Collegia & Sodalitates. Et redigens ſingulas artes in unum, ſingulis artibus Collegium conſtituit, ſodalitatem, conventum & ſacra unicuique generi propria.* Et alibi: *Inter reliqua* (Numæ ſcilicet) *ſtatuta diſtributio multitudinis ſecundum artificia in ſumma eſt admiratio-*

ne:

ne: ſuaque diviſione id conſecutus eſt, ut omnibus cum omnibus conveniret, ac commercia intercederent. Add. Plin. *Hiſtor. Natur. Lib. 34. cap. 1.* Cum vero poſtea, Conſulum Romanorum ætate, multa malevolorum hominum Collegia confluerent, conditum eſt Senatus Conſultum L. Luctatio & C. Mario Conſulibus, quo Collegia, adverſus Remp. tendentia, tollebantur. Poſthæc P. Clodius legem tulit, quo Societates Artificum a Numa Pompilio per ſupradictas Leges inſtitutas, a legibus vero & Senatusconſultis iterum diſſipatas, reſtituit, illarumque numerum auxit. Verum hæc Clodii Lex non diu vires habuit; Sed Q. Cornelio Lentulo & Q. Cæcilio Metello Conſulibus, aliud SCtum condebatur, quo cavebatur, ut omnes ſodalitates, ſub pœna vis publicæ & læſæ majeſtatis recederent. Quæ tamen ipſa prohibitio eatenus noſtris moribus eſt intelligenda, quatenus Collegia Reip. ſunt noxia, ad quæ tamen hodierna noſtra Collegia non ſunt referenda.

CAPUT III.

De Sexu & Sanitate Candidati.

Conſpectus.

Habilitas ſubjecti examinanda non in Tyronibus ſolum, ſed & Candidatis Magiſterii n. 126. 127.
Fœminæ non ſunt capaces characteris magiſterialis n. 128.
Fœminæ ad actus artis, vivis maritis, an ſint admittendæ n. 129. 130.
Viduæ opificium mariti poſſunt continuare n. 131.
Res iudicata quatenus ſucceſſori in officina præjudicet n. 131.
An Vxor ſequatur forum mariti privilegiatum n. 132.
Admittitur vidua ad opificium mariti exercendum, modo honeſta ſit, & iura Collegii ſervet n. 133.
Vxor ſi ad ſecunda vota tranſierit, privilegium artis amittit, & conditionem novi mariti ſequitur n. 134.
Vtrum ſurdus & multus ſimul ad magiſterium admitti poſſit n. 135. & ſeqq.
Pretenſa Statutorum Ignorantia an excuſet opificem Veteranum. n. 140.

Thes. I.

AD ſtatum & jura Magiſterii inter opifices conſequenda ; *requiritur* 126
ſubjectum habile, tam quoad conditionem Naturæ quam Civitatis, & in ſpecie Collegii. Quæ quidem habilitas haud videbatur peculiaris aut nova, cum ab initio ſtatim & ſub prima opificii auſpicia, quando nim. Puer aliquis ſub ſchemate Tyronis eſt ſuſcipiendus, qualitas perſonæ plus ſatis jam fuerit cribrata. Enimvero, non ii ſoli, qui ex hac prodierunt ſchola, 127
ad prenſanda hæc præmia revertuntur, quos tamen ipſos, ob annos peregrinationis apud exteros tranſactos, explorare opus eſt ; verum Extranei quoque idem Ius ambiunt, quos rectius noſſe intereſt, adeoque totum illud, quod cum Tyronibus alias tractatur examen, in Magiſtrando nunc inſtituendum eſt : quod, ne actum agamus, ex *Tract. de Tyronibus* huc jubemus repeti : potiores ſaltim controverſias, ſed paucis tractaturi. *Quæ-* 128
ritur qim. (1.) ratione *ſexus* ; de FOEMINA, *utrum* habilis ſit ad magiſterium ? Id quod *dupliciter* accipi poteſt, *Aut* de charactere artis conſequendo, *aut* de actibus artis exercendis. Ad *prius* quod ſpectat, Negativa tam eſt certa, ut contrarium, Affirmativa ſcil. nullis exemplis doceri queat : ac licet cujusvis opificis uxor ac vidua, titulo cum marito communi utantur, fit tamen ſolum propter participationem, quod eum mariti communicent ipſis, quia uxor coruſcat radiis mariti, ſicut in cœteris vitæ humanæ ordinibus, ita & apud opifices. *Poſterius*, nempe Actus artis, Aut *ſuo jure*, 129
in peculiari officina, & ut Caput vult exercere, *vivo marito* ; & hoc ipſi negatur, cum ad officinarum multiplicationem, tum ad confuſionem evitandam, quia regulariter non permittunt Collegia, binos cohabitare Artifices, binasque in eadem domo exerceri officinas ; jam vero, Conjugium non patitur habitationis diverſitatem : aut igitur vellent domicilia habere ſeparata, & rumperetur cohabitatio matrimonialis, non citra periculum, aut ſane ſuſpicionem lædendæ pudicitiæ matronalis : aut vero conjuncta, & turbaretur Mos ille opificum. Quod ſi vivente marito *ſub ipſi-* 130
us auſpiciis, juxta famulitium domeſticum, operas etiam opificiales velit præſtare ac valeat, id neutri prohibendum : veluti in Collegio jurid. Jenenſi M. Jun. 1630. ad requiſitionem der Ober- und andern Meiſter des Leinweber Handwercks unter dem Ampt Rinkleben decretum & Reſponſum fuit : Daß ein Meiſter ſein Weib oder Tochter zu ſeinem Handwerck auffzuſetzen/ und vor einen Knappen arbeiten zu laſſen befugt. B. Dn Richter *Deciſ. 80. num. 42.* *Poſt mortem* autem *mariti*, ſi opificium continuare, & 131

ido-

idoneis ad hoc Vicariis seu Optionibus uti velit, cœteris paribus haud impedietur, sicut suo tradimus loco. Facit in hanc rem *Constitutio Augustea*, Administratoris *Magdeb.* Ducis Sax. *1660. 27. Febr.* Bottgedings und Rüge Gerichts-Ordn. *art. 37. pag. 1026.* Auch wird ernstlich verbotten/ daß kein Würcker zwey Koht haben/ oder darinnen sieden noch verhegen/ auch keine Frau Würcker seyn oder Werck machen soll. Es wäre denn/ daß einer Frauen ihr ehelicher Mann/ der ein Würcker gewesen/ verstürbe/ mag sie alsdenn/ nach desselbigen ihres Mannes Tode/ ob sie will/ und wenn sie einen Vereydeten Knecht hat/ eines Würckers statt bey vorigen Herrn verhegen und Werck machen/ bey Straffe/ Ihr durch Saltz-Gräffen und Obernbornmeister auffzulegen/ und unnachläßig zu nehmen.

ANNOTATIONES.

131* *Officina.* Æstimatur officinæ jus ex concessione & lege fundationis; Nec non ex usu & possessione Antecessoris; Unde res judicata contra dominum officinæ opificiariæ lata, successori etiam singulari in eadem præjudicat arg. *l. 28. ff. de except. rei jud.* siquidem hoc casu effectus judicati magis realis quam personalis esse censetur. Quo spectat decisum Facultatis Juridicæ Wittebergensis, ad requisitionem Andreas Krellen Fürstl. S. Ampts-Verwalter zu Pegau Mense Mart. 1691. in causa des Seiler Handwercks zu Pegau, quod adducit Hornius in *Respons. Class. XII. resp. 12.* in sequentibus formalibus: Als Ihr Uns auff vorbringen und erfolgte Gesetze in compromiss-Sachen des Seiler Handwercks zu Pegau Klägers an einem, Andreen Wiecklern beklagten andern, die Viertelmeister daselbst intervenienten dritten theils belangend, nebenst vorigen ergangenen Acten in dreyen unterschiedenen Voluminibus, so wohl des Seiler Handwercks Innung-Articul in originali zugeschicket, und Euch des Rechten darüber zu berichten gebeten; Demnach erachten rc. daß Kläger in Zukunfft durch ein oder mehr gewisse Syndicen zu erscheinen schuldig, Beklagter aber nach Inhalt des 37. Seiler Innungs-Articuls, des darauff am 24. Aug. 1675. ergangenen und am 10. Sept. 1675. publicirten Fürstl. Sächsischen gnädigsten Decisiv-Rescripts, so wohl des am 4. Nov. 1681. ertheilten, und Krafft Rechtens ergriffenen Bescheids, nur dasjenige, so er aus anderer Leute Lein- oder Rübe-Saamen schlägt, und von denenselben zu seinen gewöhnlichen Theil und Lohn bekommet, zu verhandeln, keinesweges aber selbst dergleichen Saamen zu solchen Ende auffzukauffen, und damit Handlung zu treiben befugt, sondern dergleichen Ihme nicht nachgelassenen Auffkauffes und Handels, bey Vermeidung der in angezogenem Innungs-Articul

benien-

benienten Straffe sich zu enthalten, so wohl auch Kläger dieser halber cautionem de non amplius turbando zu stellen verbunden; Es wäre denn, daß Beklagter das Bürger-Recht in der Stadt Pegau erlanget, auff solchen Fall ist Ihm der Lein-Oehl Handel, so weit er andern Bürgern, vermöge der Fürstlichen Sächsischen Neuen Innungs-Confirmation de dato Moritzburg an der Elster den 18. Jan. 1690. sub n. 2. nachgelassen, gleichfalls nicht unbillig zu verstatten; Derer intervenienten Suchen aber hat gestalten Sachen nach nicht statt. Rationes Decidendi. Dieweil aus denen Rechten bekant, quod Civitas vel Collegium urgente adversario, non nisi per Syndicum agere possit, auch allerley inconvenientia zu besorgen, wenn kein Syndicus constituiret wird; So hat man, weil es Beklagter sehr urgiret, hierauff zuvörderst erkennen müssen. Was die Haubt-Sache betrifft, so ist kein Zweiffel, daß Beklagter, als vormahliger Pachtmann der Innung dem darauff erfolgten Decisiv-Rescript und ertheilten Rechts-Bescheide nachleben müssen, indem er nicht nur von Confirmation der Innung gehöret, sondern Ihm auch der Decisiv-Befehl publiciret, darwider kein remedium von Ihm eingewendet, auch ferner die, wieder den Bescheid, interponirte Leuterung, durch den gnädigsten Befehl rejiciret, und also besagter Bescheid rechtskräfftig worden. Nachdem er aber vor jetzo seinen Vorgeben nach, die Rieder-Mühle eigenthümblichen, welches Beklagter nicht wiedersprochen, besitzet, und also in das Recht des vorigen Eigenthumbs Herren getreten, dieser aber vor Confirmation der Innungs-Articul nicht vernommen, noch zur Publication des Decisiv-Befehls citiret, in dem Bescheid auch, bloß der Müller, als damahliger Pachter, benennet wird, will es zwar scheinen, als ob berührte Innung und darauff erfolgte Judicata bloß dem Pachter, nicht aber dem Eigenthums Herren, und dessen jetzigen Successoren binden können, certum quippe est, exceptionem rei judicatæ non obstare ei, cui nova causa accedit *l. 11. §. 4. ff. d. except. rei judic.* Alldieweil aber Beklagter Vol. III. fol. 53. in fin. selbst anführet, daß er bey Ertheilung des Decreti nicht so wohl vor sich, als mandatario nomine seines Principalis des von Kretsch, als welcher der eingewandten Leuterung adhæriret, litigiret, und daher es selbsten zugestehet, daß der Bescheid auch wieder den von Kretsch, in rem judicatam ergangen, inmassen denn dieser bey Rejection der Leuterung es bewenden lassen, und kein neues remedium suspensivum eingewendet; Hiernechst Beklagter niemanden mehr, so zu dieser Mühle gehöret, als besagten den von Kretsch angegeben, aus denen Rechten auch sattsam bekant, quod successori singulari obstet res judicata *l. 9. §. 1. l. 28. de Except. rei judic.* Ferner die eingewendte eventual Ap-

pellation, durch Verſtattung der Commiſſion längſt aus dem Wege geräumet; So hat man davor gehalten, es ſey auff die rem judicatam zu erkennen; Hiernechſt aber auch Beklagten, wenn er ſeinen Vorgeben nach, das Bürger-Recht erlanget, der Oehl-Handel, ſo weit er andern Bürgern Krafft der neuen Confirmation nachgelaſſen, nicht zu misgönnen.

132* *Auſpiciis.* Inde quoque Vxor forum opificis mariti ſui opificiarium ſequitur. At vero hic non inutiliter quær. An idem procedat in foro privilegiato mariti, quod eidem competit ex particulari privilegio, quod propter artem vel opificium habet; ex eo nimirum, quod privilegia artis alias ſint perſonalia, adeoque perſonas privilegiatas non poſſint transgredi, nec per extenſivam quandam interpretationem pluribus communicari. Verum hoc non obſtante, recte ſentiendum eſt, quod forum privilegiatum, quod marito, intuitu artis vel opificii, competit, etiam ad uxorem pertineat, cum hoc non fiat per quandam privilegii extenſionem, ſed tantum declarationem & generis ad ſuas ſpecies translationem, ſiquidem uxor, non habetur diverſa a marito in participatione eiusmodi iurium Civilium, in quorum arctiſſimam ſocietatem per nuptias tranſire dicitur *l. 1. ff. de rit. nuptiar.* Accedit & illa ratio, ne privilegium hoc mariti alias ipſi nocivum foret, ſi cogeretur in alio foro proſe, in alio pro uxore litigare, cum tamen utriusque conjugis intereſſe ſæpe ita connexum ſit vel directo, vel per indirectum, ut a ſe invicem facile ſeparari nequeant, & ideo ob connexitatem cauſarum, ad forum quoque mariti privilegiatum referri debeant. Idque privilegium fori ex arte competens etiam tunc ad uxorem pertinet, etiamſi artem illam cum marito non exerceat, datur enim illud eidem non ob privilegium artis, ſed ob rationem conjugii cum marito privilegiato initi. Atque in hunc finem allegant. *l. pen. Cod. de Fabricens.* ibi: *Eos, qui inter Fabricenſes ſacræ fabricæ ſociati ſunt, vel eorum uxores aut filios qui itidem inter fabricenſes militare dicuntur non aliter pulſare volentibus reſpondere, præcipimus, niſi in judicio tuæ ſublimitatis ad cujus jurisdictionem poteſtatemque pertineat.* Vti ergo Fabricenſium uxores forum maritorum privilegiatum participant, ita etiam aliud forum opificiarium ad uxores quoque opificum pertinet. Conf. Franchis *deciſ. 363.*

133* *Cæteris paribus.* Admittitur nimirum vidua magiſtri ad continuandum opificium, modo vitæ honeſtæ ſit, & jura Collegii ſervet. Vti diſponit Churfürſtl. Pfältziſche Landes-Ordnung in Ober-Beyern de anno 1599. *Tit. XXI.* in fine ibi: Und dieweil ſich vielmahl begiebet, daß der verſtorbenen Handwercks-Leute hinterlaſſene Witben in unverruckten Witben-Stand das Handwerck zu treiben, begehren, welche die andern Handwercks-Genoſſen nicht

nicht zulassen, auch der Wittibe, in Haltung der Gesellen, Maß und Ordnung geben wollen. Solchen Streit künfftig vorzukommen, ordnen und setzen wir, daß eine iede nachgelassene Witbe, so gutes Gerüchts, erbaren Lebens und Leumuthes ist, in unverruckten Witben-Stand, das Handwerck treiben, Gesellen halten, und die Stühle ebner massen besetzen, als ob ihr Haußwirth noch im Leben; darzu an statt desselben, einen zum Zurichten halten und gebrauchen möge. Da Sie auch einen solchen nicht alsobald bekommen würde, soll ihr ein Meister desselben Handwercks dazu zu erbitten, unverwehret seyn, welchen auch das Handwerck keinen Eintrag thun soll. Doch soll die Witbe, neben ihren Gesellen, Handwercks-Gewohnheit halten, auch das Zunfft- uud Einleg-Geld aufflegen, und was vor Verbruch, der Meisterschafft darinnen beschehe, sie, und nicht die Gesellen, ausrichten.

* *Haud impedietur.* Si tamen ad secunda vota transierit, conditionem novi ma- 134
riti sequitur, ac jure prioris Collegii excidit, nec permittitur eidem amplius, res durante priori exercitio, confectas, postea in præjudicium amissi Collegii vendere. Quo pertinet Resolutio Regiminis Franckenhusani in Sachen der Meister und Schlösser Handwercks daselbst contra Gottfried Gerlachen, wegen führender Schlösser und Sporer Arbeit in sequentibus formalibus: Gottfried Gerlach und dessen Eheweib, vormahls Köhlerische Witbe, hat aus den Copeylichen Anschluß mit mehrern zu ersehen, wessen Sich die Ober- und andere Meister des hiesigen Schlösser Handwercks, wegen führender und vertreibender Schlösser und Sporer Arbeit, da Sie doch bey anderwertigen Verehligung, mit den Tuchmacher gedachten Gerlachen, sich deren zu enthalten; Wie ohne dem bey verrückten Witben-Stuhl, rechtens, versprochen, über Sie beschweret, und was Selbige am Ende zu verfügen gebeten. Worauff ermeldten Gottfried Gerlachen und dessen Weibe, in Krafft dieses, anbefohlen wird, imploranten hierunter gebührend klagloß zu stellen, und sich hinfüro aller Schlösser und Sporer Arbeit, weilen solches der Schlösser Handwercks Innung zuwieder, gäntzlich zu enthalten; Also aber zu anderweitigen Verfügen oder wohl gäntzlichen Confiscation solcher Waaren nicht Anlaß zu geben. Signatum Franckenhausen den 7. Jul. 1706.

Thes. II.

Quæritur (2.) ratione *Sanitatis* atque integritatis Corporis, Utrum, 135
qui SURDUS & MUTUS simul est, ad fastigium magisteriale inter opifices admittendus? Pro *Negativa* fuit allatum (1.) quod unusquisque qui

ex alicujus Collegii numero est, ad observantiam statutorum ejus sit obli-
gatus, Jason *ad l. 9. ff. de J. & J. n. 37.* maxime in rebus ad artem &
professionem earum spectantibus, vel causas & negotia Collegii concer-
136 nentibus. *l. f. C. de Idict. omn. Jud.* Carpz. *p. 2. C. VI. d. 9.* Quare etiam
Quicunque isthuc recipi desiderat, prius quam admittatur, *conceptis verbis*
promittere tenetur, Se statuta Collegii servaturum. Ita Dnn. *Jenenses M.*
Decemb. 1639. in causa des Schuster Handwercks zu Altenburg Respon-
runt, daß Hanß Reinhold/ ehe er Meister-Werck anfähet/ der Schumacher
Ordnung sich allerdings gemäß zu bezeigen verbunden. V. R. W. Id vero,
137 quomodo præstabit, qui surdus simul ac mutus natus est? Exigunt autem
(2.) inter cœtera, Statuta, ut quivis Candidatus *examini* Magistrorum se sub-
mittat, documenta ac specimina artis edat, ac rationem artificii sui reddat:
Porro ut durantibus his, & prius ac declaretur Magister, nomen suum a-
pud Magistratum profiteatur, jus civicum impetret, homagiumque præ-
stet: quæ omnia mediante interrogatione, responsione & loquela expe-
138 diuntur; (3.) atque si vel maxime his non attentis ad Collegium admitta-
tur, non poterit tamen cum fructu ad *congressus collegiales* vocari, aut sine
contemtu omitti & excludi: *non prius*, quia quæ proponuntur, non potest
exaudire, non vota ponderare, non causam cognoscere, non animi sensa
promere: *non posterius*, quia honestus contribulium nemo potest excludi,
nec defectus naturalis in ejus detrimentum vergere, aut afflictio afflicto
139 addi debet (4.) Accedit, quod in specie Lanios oportet pecora quædam
emere, ponderis quantitatem, eique adæquatum pretium exprimere; ea-
dem mactare, carnes divendere, atque insuper *stipulata promittere manu*,
quod morbida laniare pecora, & cum turpibus conversari personis nolint;
quæ omnia verbis surdo edici sufficienter aut signis ostendi nequeunt, ut
satis percipere possit; vicissim neque ipse animi sui sensa nobis ita declarare
potest, ut certissimus, utrinque rem recte perceptam esse. Unde con-
cludas, Surdum eumque mutum non posse recipi in Magistrum.

ANNOTATIO.

140* *Servaturum.* Vnde etiam est, quod prætensa Statutorum ignorantia non excu-
set opificem, qui diutius Collegio interfuit, est enim ignorantia talis culpabi-
lis arg. *l. 2. §. 45. ff. de Orig. Jur.* nec præsumitur quis ea ignorare, quæ scire
& interest, & vi officii atque observantiæ Collegialis debet. Quo pertinet
Decretum Regiminis Saxo-Jenensis, de dato Jene den 15. Septembr. 1690.
In sequentibus formalibus: Uns ist aus euren von 6. dieses anhero erstatte-

ten

ten unterthenigen Berichts mit mehrern gebührend vorgetragen worden, was Nicolaus Seyfarth, wegen jüngsthin dem Schlösser Handwerck gethanen Eingriffs, und dahero anbefohlener Eintreibung der hierdurch verwürckten Straffe zu seiner Entschuldigung einwenden, Ihn auch darbey ohnmaßgeblich erinnern wollen; Nachdem aber derselbe seinen eigenen Geständniß nach, bereits in die 4. Jahr sich unter dem Schmieden befunden, also mit der vorgeschützten Unwissenheit sich nicht schützen kan; Als lassen wir es, dessen unerheblichen Einwendens ungehindert, bey neulicher Verordnung nochmals allerdings bewenden; Im Vormundschafft begehrend, Ihr wollet nunmehro von ermeldten Nicolaus Seyfarthen, die verwürckte zehen Thaler Straffe, gebührend eintreiben, und davon die Helffte zu unserer Vormundtschaffts Rentkammer einlieffern, die andere Helffte aber denen Meistern des Schlösser Handwercks verabfolgen lassen. Quod si tamen ignorantiam legitime per *juramentum* probare possit, audiendus erit, prout declarat sententia Scabinatus Jenensis in Sachen der Schlösser und Hueff-Schmiede zu Jena Mense Dec. 1709. in sequentibus formalibus concepta: PP. Als dieselbe Uns die in Sachen Ober- und andern Meistern der Schmiede Zunfft alhie imploranten an einen, Hans Jaefers Hueff-Schmieds imploratens am andern Theil, ergangene Acten zugeschicket, und darüber Unsere Rechts-Belehrung gebeten. Demnach sprechen wir vor Recht, daß Implorat des beschehenen Einwendens ungeachtet, vermöge der vormals ertheilten Rechtskräfftigen Bescheide, sich der Feile und Schraube-Stockes, auch des Schraubenschneidens, bey Vermeidung der gesetzten Straffe zu enthalten schuldig. Würde nun derselbe, sein Vorgeben, wie er nicht gewust habe, daß denen Hueff-Schmieden dergleichen Werckzeug zu führen und zu gebrauchen, verwehret sey, vermittels Eydes erhalten; So wäre er so wohl mit der dictirten Straffe der zehen Thaler als auch Ausantwortung des Werckzeuges vor diesmahl zu verschonen. Ut vero eo magis omnis ignorantiæ prætextus excidat, solet in plurimis Collegiis hoc esse statutum, ut singulis annis vel biennio, Statuta Collegii, in consessibus illorum prælegantur, aut noviter receptis aliquando etiam Copiæ, ad sui tantum informationem, dari possint; Et generaliter inspectio Articulorum non potest Collegiato cuilibet denegari.

Thes. III.

Pro *Affirmativa* militat, quod, quicunque idoneus ab initio fuit ratus judicatus ad opificium addiscendum, non debeat, tempore characteris magi-

222 * *Filiam.* Quanquam non iniquum sit, privilegium quoddam & prærogativam illis concedere, qui filias opificum in matrimonium accipiunt, ut ita familiæ opificum eo melius adjuventur; tamen hoc ita declarandum, ne sub prætextu sponsaliorum nimis diu privilegiis Opificii abutantur, & nuptias differendo vel aliquando penitus eludendo defraudent Collegium beneficiis, quæ hactenus spe matrimonii obtinuerunt. Quo pertinet declaratio Regiminis Schwarzburgico-Franckenhusani in Sachen des Schuster-Handwercks zu Franckenhausen de dato den 17. Jan. 1698. in sequentibus formalibus. Demnach bey Gräfflicher Regierung allhie die Ober- und andere Meister des Schumacher-Handwercks hieselbst vorgestellet, wie seither verschiedene Frembde und Einheimische Schuhknechte mit einer Meister-Tochter in Eh-Verlöbniß Sich eingelassen, und dadurch das Meister-Recht mit geringen Kosten erhalten, dieweilen aber auch sich darneben bißweilen zugetragen, daß die Consummation derer getroffenen Eh-Verlöbnissen verzögert, selbige auch wohl gar rückgängig worden, und also dem Handwercke daraus nicht ein geringer Nachtheil entstanden, indem durch die gehäuffren Meister die Nahrung gar sehr geschwächt, und am Meister-Rechte, Inhalts der Ihnen gnä-

digst ertheilten Innung ein merckliches abgegangen; So wollen Sie gebethen haben, hierauff ein Absehen zu nehmen, und denenjenigen, so mit Meister-Töchtern, Sich ehelich verbinden würden, eine gewisse Zeit, binnen welcher Sie Sich zu verheurathen schuldig, zu determiniren. Und wie denn erwogen; Wie in denen üblichen Ehe- und Kirchen-Ordnungen nicht verstattet werde, die einmahl beständig geschlossene Ehe-Verlöbnisse nach Gefallen zu protrahiren, hierüber auch an dem ist, daß dadurch dem Handwercke, an ihrer Nahrung, biß anhero ein mercklicher Abbruch geschehen. Als haben wir vorangeregten derer sämbtlichen Meister angebrachten Suchen statt zu geben, kein Bedencken getragen; Befehlen dannenhero und fordern hiemit und in Krafft dieses, daß diejenigen, so auff obige weise in Zukunfft mit Meister-Töchtern Sich rechtmäßig verloben werden, verbunden und gehalten seyn sollen, binnen einen viertheil Jahres Frist von Zeit dever Verlöbnisse anzurechnen (es wäre dann, daß aus erheblichen Ursachen, das hiesige Consistorium dispensirte, und obig gesetzte Frist prolongirte) ihre Ehe-Verlöbnisse, vermittelst priesterlicher Trauung zu vollenziehen; Auch da iemand dawieder ohne erlangte Dispensation des Consistorii handeln, und die Ver-Ehligung weiter erstrecken würde, deren in der Innung ihnen vergönnete Vortheile verlustig seyn, einfolgig das Jahr, wie ein Frembder arbeiten und muthen, und vor das Meister-Essen an statt zwey, 8. Gülden dem Handwercke, und 4. Gülden Straffe dem Gräfflichen Amte erlegen solle. Gestalten dem dieses denen sämbtlichen Meistern also zu eröffnen und zu publiciren. Uhrkundlich ist diese Resolution unterm Gräffl. Schwartzb. Cantzley-Insiegel und gewöhnlicher Subscription ausgestellet: So geschehen, Franckenhausen den 17. Jan. 1698.

CAPUT VI.

De Fatalibus petitionis.

Von Muhten.

Conspectus.

Tertium requisitum perveniendi ad gradum magisterii est Sollicitatio Candidatorum n. 223.

Solli-

Sollicitationis hujus declaratur I.) Ordo n. 224.
Quæritur utrum sollicitationem cum speciminibus convertere atque anticipare liceat n. 225.
II.) Duratio fatalis sollicitationis n. 226. 227.
III.) Computatio sollicitationis explicatur n. 228.
IV.) Forma seu modus sollicitationis describitur n. 231.
Solennitas verborum in sollicitationibus, arrha, professio reiterata, temporis intervalla declarantur n. 232. 233.
Fit aliquando relaxatio Sollicitationis per modum dispensationis n. 234. & seqq.
Tessera instantiarum item tessera nundinalis inter Opifices n. 238.
Fatalia petendæ receptionis in Tribum quomodo sint intelligendæ n. 240.
Cautelæ & technæ Contribulium adversus sollicitationem reprimendæ per Magistratum n. 241.

THES. I.

223 TErtia esto Conclusio : Quod ad culmen Magisterii non adscendatur nisi prævиis Instantiis, seu, ut Candidatus sit Sollicitator ein Muht-Gesell / sic dictus a sciscitatione, imploratione, maxime vero sollicitatione, quod verbum idiotismum germanici vocabuli **Muhten / einen etwas zu / oder anmuhten / oder ansinnen** / quam propriissime refert : atque complectitur *tum* actum periclitationis, *tum* ejus frequentiam, *tum* animi submissionem, *tum* denique blanditias, munuscula & alia, ad commovendum & inducendum media. Coincidit ferme cum *Postulatione* in Jure Ca-
224 nonico usitata, ratione submissionis & reiterationis. Ejus considerabimus I. *Ordinem* seu seriem ac situationem ; videlicet medium tenet inter Annum probationis atque Editionem speciminum artis locum, neque *regulariter* aliquis ad eam ante annum probatorium admittitur, *nisi* quod Liberis Magistrorum annus ille plane est remissus, ut nec sequatur nec præcedat. Aliquibus Collegiis etiam utraque spacia conjuncta sunt & exæquata : sic Perarii Sollicitationem Anno probatorio incluserunt, die **Muthzeit steckt in Jahr-Arbeiten** / *Artic. 3.* requirunt Biennium probationis, inclusis tribus quadrantibus instantiarum, seu sollicitationis ; quod ibi quidem
225 incidenter, sed *Artic. 5. in pr.* ex professo habetur. Quæsitum fuit, *Utrum* Sollicitationem cum speciminibus convertere, atque anticipando ad documentorum artis elaborationem liceat accedere, spaciis Sollicitatoriis omnibus nondum absolutis ? Per regulam *Negatur :* quia computatio naturalis requiritur, quæ hoc infert, ut de momento in momentum currat, neque

cœpta

cœpta pro completa habeatur *v. n. 233.* Patitur tamen *declarationem*, (1.) Cœteris paribus : &, si non adsit prægnans festinandi causa, v. g. tempus instans connubiale. (2.) dummodo id fiat salvo jure & absque jactura Collegii ; cui, quod symbolum restat, seu tessera residua est solvenda, daß er den rückständigen Muhtgroschen erlege. (3.) dum tempus modo quod restat, sit exiguum : atque ita *d. 23. Septembr. 1650.* in causa Caspari Törpischen rescriptum, contra Collegium Figulorum. II. Quantitatem seu 226
durationem, quæ regulariter est Novem mensium, ; atque aliquando indefinite exprimitur per Tres quartales, aut, quod tertio quadrante reiterari debeat : aliquando autem definitum tempus ponitur, maxime ubi augetur. Ita enim Annus integer alicubi est receptus, uti apud Saponarios, suorum *statutorum art. 6.* quem casum exceptum *jam sup. n. 196.* quoque apud Petarios observavimus : Quanquam quartus quadrans magis ad probationem pertineat, atque annus ille uno quadrante auctus sit. Tale 227
biennium etiam Vietores, in renovatione suorum Statutorum novissime intentarunt, statuentes non solum ultra Annum probationis, Biennium instantiarum ; verum insuper, ut toto illo spacio durante, nemo in Candidatorum numerum recipiatur, sed novi supervenientes jubeantur exitum præstolari. Unde, transmisso novo Statutorum conceptu, cepit in Senatu consultari : *Utrum* e re civitatis sit, aut ipsius etiam Collegii, hoc admittere? Et visum *Quod Non!* quia stante tali Statuto, totis bienniis non nisi una officina de novo exsurgeret, cum accidere possit, ut uno anno plures decrescant, sive morte, sive transmigratione Magistrorum, sive modis aliis, quos non liceat præscire : sicut eo ipso tempore unus ex illis, senio & egestate confectus, in Gerontocomium sit receptus. III. Notetur 228
Computatio & Terminus a quo, seu Initium hujus spacii, quod habet vel indefinitum & per relationem ad aliud ; vel definitum ac peculiare. Nam in quibus Collegiis Annus probatorius in usu est, ibi Exitus illius, est Initium hujus ; utiturque adeo Sollicitatio iisdem cum illo Anno initiis. Qui vero istum annum vel plane non observant, vel sollicitationi postponunt, prout *superius* de Perariis & Acuariis dictum, illi Rogationes hasce rejecerunt in suos Conventus quartales, v. g. Ægydii, Luciæ, Reminiscere, Judica & sim. pro diversa opificiorum conditione. Moti quique suis 229
rationibus v. g. Sartores a termino Luciæ, seu Octavarum ante Nativitatis Domini, non patiuntur se dimoveri, ex stylo magis atque moribus, quam lege scripta. Rationem autem reddiderunt, Quod Annus probationis mox desinat in spacia Sollicitationis, quæ mox deinde excipiant Specimina :

quod si ergo dicti termini incipiant tempore & solstitio brumali, desitura quoque sint tempore & solstitio æstivali, quia reiterentur per quartales terminos Reminiscere & Trinitatis; quo tempore lux prolixissima, & conficiendis materiis aptissima; quia Candidatos uno die ultra 30. ad 40. specimina edere oporteat. Quare, si tempora transferantur, contrarium
230 oplane eventurum sit. Lanii, quanquam sibi non constare visi, ac in causis filiorum suorum, terminos ex eventu observarunt; quoad Exteros tamen diem Judica pro stato ac fixo termino servare se declararunt 20. *Jun.* 1656. in causa Simon Girberts: per Rationem: quod tunc pecorum saginatorum copia possit adhuc haberi; si autem media æstate terminarentur instantiæ, non solum ea cessaret, verum etiam carnes venum expositæ, corruptioni magis obnoxiæ, si mature non divendantur, magnaque metuenda jactura. Unde secutum decretum, de Candidato citra ulterio-
231 rem moram admittendo. Alii forte aliter. IV. Forma seu *Modus* sollicitationis in eo consistit, ut fiat (1.) Explicite, non exsertis solum *verbis*, verum *in id* etiam *conceptis*, ut animum & desiderium Implorantis, in hoc negotium directum explicet; addita insuper (2.) *Arrha* seu symbolo, den Muht-Groschen: quibus omissis, haud juvat, tantum temporis spacium a primo actu effluxisse, quantum huic negocio alias necessum est. *Declaratur* tamen obtinere, si quis in loco præsens, nec impeditus fuerit. Quem igitur necessarium iter abstraxit, &, cum sui juris non esset, a tempestivo reditu retraxit, reversus autem tesseram adhuc obtulit, adhuc admittendum esse, in causa Joh. Casp. Krippendorff contra Collegium Fabrorum
232 fuit *rescriptum* 6. *Octobr.* 1677. (3.) Professio illa seu licitatio fieri debet cum instantia seu *reiterato*: idque strictissimi juris est ac præcise debet ser-
81 vari; ad designandam pristinam voluntatem & animi constantiam: Qui vero unicam patitur præterlabi, omnibus, totoque adeo exprima quæsito jure excidit, atque ab ovo negotium exordiri necessum habet. Id quod evasit Cautela pro Magistris, atque Candidatos diutius remorandi
233 remedium, quo longius interea monopolium suum valeant exercere. (4.) Requiruntur distincta *intervalla* & consequenter *temporis tractus*, Ternæ videlicet vices trimestres: quas inchoatas esse non sufficit, sed oportet esse completas, naturaliter siquidem computantur, *v. n.* 225. & de momento currunt, sic, ut licet tertia professio sub initium tertii quadrantis fiat, nondum tamen ad Magisterium Candidatus admittatur, donec insuper quadrans anni fuerit elapsus; ex quo capite repulsam cum tulisset a Fabris Cultrariis Jacobus Schmied, Senatus, causa ad ipsum delata confirmavit,

18. Januar. 1677. propter *art. 5.* ſtatutorum. Ubi vero tantus non eſt rigor, ibi poſt tertiam licitationem ad ſpecimina proceditur, uti *ſuperius n. 197. & n. 229.* de Sartoribus audivimus: maxime ubi eorum elaboratio prolixius requirit ſpacium, uti Vietorum &c. Denique V. ſequitur *Re-* 234
laxatio, cujus notetur Natura & Probatio, ſeu Entitas & Veritas. Quoad prius *quæritur*: A quo ſperanda atque petenda? Eſt quippe *in gratiam Collegii introducta*, poterit itaque illud juri pro ſe introducto renunciare. Quia tamen magno ſtudio hæc remedia Candidatorum reprimendorum ſunt excogitata, multo ſumptu eorum confirmatio impetrata, longo uſu conſervata, nemo ſane remiſſionem eorundem polliceatur ſibi ab eo, qui exiis commodum ſentit; citius nim. aquam ex pumice! Quare *a ſolo Principe* ſperanda, cumque fructu petenda. Facit autem hoc Princeps vi 235
ſupremæ poteſtatis & Clauſulæ Reſervatoriæ, per diſpenſationem, *cauſæ cognitionem*, ac peculiare, atque in hoc ipſum controverſum caput concep-tum reſcriptum. Cauſam oportet eſſe prægnantem, quæ ipſum move-rit, ut flectat legem: v. g. quod ſupplicans diu, & ultra conſveta fatalia in opificio verſatus, peregrinatus, forſan & in aulis exercitatus ac probatus fuerit, ſpacia & vices inſtantiarum jam emenſus, & quod reſiduum, pecu-nia redimere paratus ſit: ſi matrimonium jam inierit, aut inſtet illud, ſed *per has* moras impediatur: & ſim. prout *de 22. Jun. 1635. reſcriptum* in cau-ſa Joh. Müllers contra Collegium Piſtorum, confirmatum *d. 22. Jul. ejusd. anni.* Addantur & illæ, quæ pro Immunitate Anni probationis impetran- 236
da allegari ponderarique ſolent, v. g. Res familiaris jam inſtructa, uxor, & *liberi*, a quibus non poteſt avelli, ſicut *d. 30. Nov. 1638.* in cauſa Erhardi Lövvens Pileonis *reſcriptum & 11. Febr. 1639. confirmatum.* Addi tamen ſo-let Clauſula ſalutaris & reſervatoria: Statutis per hoc non derogatum iri: unbeſchadet der Ordnung: *Collegio* nempe id *fraudi non futurum*, non *tractum iri* in conſequentiam, doch mit dieſem ausdrücklichem reſervat, daß es Ihrer Ordnung gantz nicht præjudicirlich ſeyn ſolle. Sicuti autem non 237
temere, Ita *nec gratuito* fieri relaxationem obſervaveris, ſed vel a Candida-tis inter ſupplicandum ſponte *offerri*, vel a Collegiis in exceptionibus ſuis proteſtando *peti*, vel ab ipſo Sereniſſimo Diſpenſatore *decerni* & imponi. Spontaneæ oblationis exemplum obſervatum inter alia, plura in Johanne Müllero, paulo ante laudato. Proteſtationis, in Collegio Sutorum *20. September. 1676.* Decreta ſunt innumera; ubi vel ſumma ab ipſo Principe eſt expreſſa, vel arbitrio Magiſtratus relicta, v. g. ein billichmäßiges Stück Geldes/ deſſen Quantum ihr allen Falls ex officio zu arbitriren wiſſen werdet/

davor erlegen ꝛc. *25. Septembr. 1676.* in eadem causa. Quoad *verificandam* Dispensationem notetur, non ex quavis phrasi generali atque indefinita colligi, sed *expressa* Principis voluntate speciatim, & *in hoc ipsum punctum* controversum *directam* probari debere. Nam si v. g. Jubeat Princeps Candidatum CITRA OMNEM MORAM & CUNCTATIONEM admitti : Non confestim absolvit eum a necessitate solennitatum debitarum seu legalium, sed mora Collegii frustratoria. *Disting.* E. inter rem ipsam & ejus modum. Vult, ut non penitus repellatur, vult tamen ut admittendus legibus se submittat. Ita in causa Mich. Schorcht, adversus Lanios *19. Mart. 1659. rescriptum.*

ANNOTATIONES.

238 * *Tesseram.* Datur inter opifices Magistros duplex tessera una, *tessera instantiarum*, quam adspirantes ad magisterium exsolvunt. Altera *tessera nundinalis* in sortitione stationum nundinalium. Instituunt nimirum Opifices ejusdem artis ad nundinas confluentes magistri, sortitionem super areis ab Ædilibus in foro sibi assignatis, quorum quisque licitatur unam, posita tessera, Lohsdreyer auswerfen. Si quem ergo pro irregulari censeant nicht vor redlich an Handwerck halten, talem ad ejusmodi sortitionem non admittunt, werfen ihm dem Lohsdreyer zurück. Et nanciscitur talis locum quidem, sed postremum, quem nemo cæterorum sponte acceperit.

239 * *Reiteratq.* Idem inculcant Statuta Pistorum Franckenhusanorum confirmata de anno 1663. *Artic. III.* ibi : Zum dritten wann einer alhier will Meister werden, der soll erstlichen, wenn Er ein frembder, vier Jahr auf dem Handwercke, nach Ausgang seiner Lehrjahren, da aber er eines Meisters Sohn alhier ist, zwey Jahr gearbeitet und gewandert haben, und solches wie auch dessen Eheliche Geburth durch erlangten annehmblichen Lehr und Geburths-Brieff der Gebühr erweisen, und wenn dieses beschehen, soll er auf das Quartal in Pfingsten persöhnlich in das Handwerck werben, zum erstenmahl und den Handwercks-Meistern alsobalde vier Groschen erlegen, und dann sich ferner alhier wesentlichen enthalten und arbeiten, biß auf das andere Quartal Michaelis, da er abermahls bey dem Handwercks-Meistern ansuchen und umb die Materien bitten soll, nach welchen die Handwercks-Meister Jhme einen Tag bestimmen, und ernennen werden, da Er drey Scheffel Weitzen zu Semlen und drey Scheffel Rocken zu Brodt in eines unverdächtigen Meisters Offen backen soll, und soll ihme darzu des Meisters Weib und ein Lehr-Knabe behülfflich seyn, wann nun solch Brodt und Semmeln gebacken ist, sollen die

Marckt

Marckt und Handwercks-Meistere dasselbige besehen, und erkennen, ob er vor einen Meister bestehe oder nicht, bestehet er, so soll er den Sontag nach Martini zu einen Meister auf und angenommen werden, darauf Er dann auch alsobalden das Burgerrecht erlangen, und vermittelst Cörperlichen Eydes sich verpflichten muß, daß Er Uns getreu, holdt und gehorsam seyn, bey dieser Innung fleißig halten, und darwieder vorsetzlichen nicht handeln wolle, auch soll er hiernechst wegen erlangten Meister-Rechts, dafern Er eines Meisters oder Burgers Sohn ist, oder eines hiesigen Meisters Witbe oder Tochter heyrathet, sobalden zweene Gülden und zwey Pfundt Wachs, ein frembder aber vier Gülden und zwey Pfundt Wachs beedes zur helffte unsern Ambte und zur helffte in die Lade erlegen, und abstatten, hierüber auch dem Handwercke angeloben, innerhalb Jahrs Frist an statt des Meister-Essens, und zwar Jener der einheimische viere, der frembde aber acht Gülden zu vergnügen, in Fall er aber gar nicht bestehet, sollen ihnen die Handwercks-Meister auf zukünfftige Pfingsten wieder bescheiden, da er wie vorhin aufs neue muthen und materien soll.

* *Trimestres.* Cæterum fatalia petendæ receptionis in Tribum non præcise 240
ad spatium trium quadrantium sunt restringenda, sed spacium illud cum aliqua laxitate temporis est accipiendum, prout habet Resolutio Regiminis Schwarzburgico-Franckenhusani de dato den 23. Febr. 1711. in sequentibus formalibus: Dem Ober- und andern Meistern der Schlösser und Nagel-Schmiede Handwercks alhier, wird auff geschehenes Nachsuchen bedeutet, daß weil Sie seinen ersten Muth-Groschen etliche wenige Wochen vor dem Quartal Luciæ, den andern auf das Quartal Luciæ albereit angenommen, und denn die in der Innung determinirte 3. viertel Jährige Muthzeit nicht eben, auff die Wochen auszurechnen, wie die Meister in solcher Meynung stunden, sondern von Quartalen zu Quartalen, wie solche gefallen, zu computiren wären. Sie auff ietziges Quartal Reminiscere den dritten Muth-Groschen annehmen, und 14. Tage nach Ostern zu Verfertigung der Meister-Stücke, ohne weiteren Auffenthalt ihn admittiren solten; Inmassen Francke sich freywillig erkläret, so lange nach diesen Quartal damit nachzuwarten, weil bey der ersten Muthe, so viel Wochen ohngefehr, an selbigen Quartal gefehlet hätten. Welches doch in Zukunfft von niemand, in præjudicium der Innung zu einer consequence angeführet werden solte, und das Handwerck selbst solche durch Verweisung derer sich zur Muthe anmeldenden neuen Meister auff die Quartalischen Zusammenkünffte verhüten könte. Concordat Resolutio Gravaminum Johannis Georgii II. Electoris Saxoniæ

de dato Dreßden den 22. Jun. 1661. *Art. 98.* Nachdem auch bey unterschiedenen Städten, insonderheit aber, bey Unserer Stadt Leipzig an denen Zünfften der Mißbrauch eingerissen, daß die Gesellen, welche das Meister-Recht suchen, und sich daselbst niederlassen wollen, in der gewöhnlichen Handwercks-Muthung oder sonsten in andere Wege sehr gehindert, und ausser denen ordentlichen Quartal Zusammenkünfften nicht zugelassen, sondern von einer Zeit zur andern, ja durch Erregung unnöthigen Streits, wohl gar, von Jahren zu Jahren auffgehalten, und hernach, wenn Sie endlich nach gehabter vieler Mühe, dazu gelangen sollen, mit kostbaren Mahlzeiten oder Meister-Essen beschweret werden, woraus denn erfolget, daß viel dergleichen Handwercks-Gesellen, welche gute Arbeit zu verfertigen, erlernet, gleichsam aus dem Lande getrieben, und sich an andere Orte zu wenden, genöthiget werden. Wenn aber dergleichen Mißbrauch dem gemeinen Wesen, bevoraus in Handel und Wandel sehr nachtheilig. So wollen wir hiermit, und in Krafft dieses, verordnet haben, daß die Obrigkeit in denen Städten, ein ernstes Einsehen haben, und denen Zünfften solche Verzögerungen und unnöthige Unkosten, bey Auffnehmung tüchtiger Gesellen keinesweges verstatten, sondern vielmehr dieselben dahin anhalten sollen, daß Sie diejenigen, welche das Meister und Bürger-Recht zu gewinnen, vorhabens, ohne vergebene Disputat auffnehmen, und nach befinden, nicht eben so genau auff die ordentliche Quartal Zusammenkünffte verweisen mögen.

241 * *Adversus.* Ad *Contraria* sollicitationis pertinent variæ cautelæ & artificia Contribulium ad injiciendas moras & præscriptionem fatalium excogitata & adhiberi solita. Et si domi deficiunt, exteros excitant, vel sponte advenantibus faciles se præbent in deferendo petitis, qualitercunque prolatis aut fundatis. Facile intorquent liticulam, ante expediendam, quam sufflaminant tamen; interim labitur fatale & rumpitur illorum continuitas. Quas elusiones quidem magistratus facile perspicit atque dispellit, & solet tali casu, pro facto reputari, in quo faciendo Candidatus fuit impeditas. Atque ita in causa Laurenz Kolbels adversus Collegium Sartorum, die 9. Octobr. 1604. rescriptum a Regimine Cizensi in sequentibus verbis: Bey den andern Punct aber, die Muthung betreffend, ihr selbst mündlich berichtet, daß an Kalbeln der Mangel nicht gewesen, sondern er durchs Handwercks und seinen gewesenen Meister, daran zur Unbilligkeit gehindert worden. Als begehren wir anstatt des Durchl. in Vormundschafft Herrn Augusti postulirten Administratoris hiermit, Ihr wollet es dahin richten, daß unbetrachtet des Handwercks Vorwenden, Ihm nunmehro nachgelassen werde, auff nechst

vorstehende Quartal, weil es anderweit Crucis, durch Sie gehindert worden, zweene Muth-Groschen zugleich von Ihm angenommen werden, auch ferner an der dritten Muthung und denen materien ungehindert bleiben möge.

CAPUT VII.

De Nominis Professione & Inscriptione. Von Angeben und Einschreiben.

Conspectus.

Modus consequendi magisterium diversis absolvitur actibus n. 242.
Quorum primus est professio nominis, tum ipsius Candidati, tum etiam sponsæ n. 243. 244.
Declaratur Statutum opificiarium, ne quis aliam, quam ex Collegio ducat uxorem n. 246.
Ad officium Magistrorum in genere spectat promissio de servandis Statutis n. 247.
Professio nominis facienda coram Collegio solenniter congregato n. 248.
Tempore solito & persoluta tessera n. 249.
Terminus Handwerck machen *explicatur n. 250.*
Secundus actus est immatriculatio n. 251.
Est præsumtio pro matricula; Vnde opifex immatriculatus tam diu est manutenendus, donec legitime submoveatur n. 255.
Tertius actus Legitimatio describitur n. 256. 257.
Juramentum de servandis Statutis aliquando a Candidato magisterii exigitur n. 258.

Thes. I.

SEd ita satis de *Subjecto* dictum esto; sequitur ut de *Modo* consequendi Statum Magisterialem, quædam afferamus: & absolvitur ille aliquot *actibus* ad hoc negocium, & partim ad Collegium, partim ad officium & partes Candidati pertinentibus. Quorum præcipui sunt *a* Nominis Professio, *b* Personæ Legitimatio, *c* Candidati inscriptio; ejusdem *d* Probatio & *e* Sollicitatio seu Instantia, *f* Speciminum editio, *g* Epuli exhibitio 242

&

& cœterorum *b* sumptuum præstatio: *Cætera* si quæ sunt, ad horum u-
243 num referri poterunt. *Professionem* quod spectat, occurrunt ejus notan-
da, tum Subjectum tum Adjuncta. *Subjectum* passivum, cujus facienda
professio, est Candidatus, tum *ipse*, tum apud Collegia quædam, & *Sponsa*.
De Masculo ratio plana est; Neque enim privati cujusque domum insa-
lutato domino licet ingredi; Æquum etiam est, ut qui cœteris tanquam
eadem universitatis portio cupit jungi, eorundem juribus una frui, & par-
tem quasi facere; cum bona quoque eorundem voluntate id faciat: quia
citandi sunt omnes quorum interest: neque invito jus quæsitum auferen-
244 dum: Facit hoc ad pacem & tranquillitatem Collegii servandam. Sed
quia secus est in FOEMINIS, quas *supra n. 128 seqq.* a jure Collegiorum di-
ximus exclusas, mirum alicui poterat videri, quid causæ sit, quare adeo cu-
riosa sint circa res futuras, contingentes, arbitrarias & impertinentes?
Nisi, pro consveto rigore, novas quærunt repellendi aut remorandi cau-
sas. Enimvero, uti Fœminæ suis auspiciis opificium exercere non pos-
sunt, ita multis tamen Collegiorum beneficiis, parentum, maritorumve
intuitu ornatæ ac participes sunt factæ, quæ in novos maritos, tanquam
dotis loco transferunt; quid igitur vetat, quo minus Collegium *inquirat*
in conditionem sponsæ, an talis futura sit, cui vel ipsum Collegium aliquid
245 debeat? Sin *extraneam* secum adferat novus Collega, causa longe fortior
est disquirendi, Qualis illa? Nam si vel ipsa vel ipsius parentes labe qua-
dam sit adspersa, quæ ipsam Collegiorum puritatem conspurcare possit, sa-
tius foret, ab introitu eum arcere, quoniam una cum uxore, varia Colle-
gio adferet incommoda; ut vel causæ ipsius cum proprio damno impli-
centur, vel Collegam turpiter deserere cogantur. *Professio* autem hæc,
non utique ab ipso fit Candidato, sed plerumque per aliquem de Collegio,
in quo fiduciam posuerit; præsto tamen esse debet, ut vocatus, ipse com-
parere & desiderium proponere possit.

ANNOTATIONES.

246 * *Beneficiis.* Ad beneficia fœminarum Collegialia etiam spectat Statutum, ne
quis aliam, quam ex opificii Collegio ducat uxorem, uti in Civitatibus Han-
seaticis hoc frequens. Quod quidem Statutum licet in se consideratum non
sit plane absque ratione, Tamen stricte est interpretandum, & inductum in uno
Collegio, non statim, invito Magistratu obtinebit in aliis Collegiis, in quibus
specialiter non est receptum. Nec debet Magistratus pati, ut sub illo præ-
textu peritus alias artifex excludatur. Id quod plenius discutit Mevius

Part.

Part. III. dec. 38. cujus decisi verba, cum sententiam istam plenius explicent, non pigebit, in supplementum hujus operis adscribere; sunt vero hæc: *Ut sub eo, qui antiquitus fuit, Civitatum Hanseaticorum flore, & illius lucra quibusvis petentibus, Veteres magis solliciti fuerant, ne in iis promiscue omnibus, mercimonii aut opificiorum licentia fieret, quam ut per ejus adjumenta homines allicerentur; ita in iis varia reperiuntur statuta, privilegia & consuetudines, quibus, collegii jura petendi, facultas fuit coarctata. Ex quibus multa incolæ ad sua commoda sic derivarunt, ut alios excluderent. Inter talia reperitur mos non recipiendi, nisi cum Collegarum viduis aut liberis uxorandos. Discernendum vero circa hoc per ductum rationis, an Magistratus Statuto seu privilegio, an saltem Collegii arbitrio, & sibi facto, per Superiores, non confirmato more, id observetur. Ex Statuto vel Privilegio servatur & defenditur merito ea observantia, verum tamen ut usus ejus sit rationabilis nec ad iniqua, impia & improba opifices abutantur Statuto vel privilegio.* (1.) *Quid enim, si per hoc adigere velint recipiendum, ut ducat personam, quam recusandi justa causa est, quod ætate, morbo, deformitate aliisve vitiis ad honestum vel concors matrimonium habilis non sit.* (2.) *Quid si, cum plures essent, quæ duci possint, electionem auferre, nuptias ad certam personam astringere velint?* (3.) *Quid si insignis sit artifex, sed jam uxoratus, aut votis illigatus, vel etiam ad matrimonium parum aptus, ideo ducere non possit?* (4.) *Sub prætextu Statuti, qui aut nequeunt, aut nolunt ex justa causa a Collegiis vel Opificiis removere, ut irrationabile, ita non tolerandum est.* (5.) *Non est Magistratui ademta potestas, statuto aut privilegio illum morem ad sanum sensum & dextrum usum redigendi.* (6.) *Quæ & per Clausulam, adjici solitam, qua reservatur, emendatio, augmentum, imminutio retenta intelligitur. Ubi non autoritate Magistratus, sed ex placito & consensu Collegii saltem tale quid receptum, minus vitium adversus Magistratus judicia & decreta obtinet.* (7.) *Etsi enim Collegiorum quædam jurisdictio est in iis, quæ ad artem & professionem pertineat, indeque de his Statuti faciendi licentia, quæ usurpari possit sine Magistratus venia, & quia per jus commune competit, opus non habent speciali confirmatione, tamen ejusmodi placita non obligant alios, quam collegiatos seu in Collegium receptos, qui se associando approbant, & observantiæ ut debitores submittunt. Nec ultra quoque valent, quam in iis, quæ ad promovenda mercimonia atque opificia expediunt, quorum favore, atque usus gratia, data fuit ea licentia. Igitur si juri communi contraria, si non rationabilia, si Magistratui & jurisdictioni Civitatis præjudicium inferunt Statuta Opificum, jure non attenduntur. Nec enim fas est, ut per talia Magistratui aut jurisdictioni*

publicæ possit obex poni. Quamvis igitur non plane improbum sit Statutum, ne aliam, quam ex Opificii Collegis quis ducat uxorem, idque in Hanseaticis Civitatibus frequens, tamen invito Magistratu, non obtinebit in aliis, quam quibus id confirmatum fuit, Collegiis, eique integrum est, in quibus hactenus non receptum, ut non recipiatur, prohibere, aut non pati, ut sub eo prætextu artifex alias non improbandus excludatur. Si orietur inter Senatum & Opifices de eo controversia, illius potiores erunt partes, dum pro libero usu artium & opificiorum hac ætate, non ut olim, postquam causa mutata est, restringendo contenditur. Quando igitur Collegium non modo non docebat vetus Statutum, excludens ab opificio, qui ex illo non uxorem ducerent, nedum a magistratu unquam confirmatum, sed id, quod allegabatur, continebat dispositionem; præferendos esse, qui ducerent alias, inde horum admissionem non petitam esse, constabat, quin potius permissam, processus appellatorios haud decernendos esse, visum. Et licet in transactione inter Principem & Civitatem inita, quam **Erb-Vertrag** *vocant, cum inter casus non appellabiles,* **die Ambt Sachen** *positi essent, adjecta reperiatur exceptio, nisi jus totius Collegii impugnaretur, tamen inde non sequitur, cæco decreto statim recipiendam appellationem, ubi allegetur jus Collegii, sed oportet id apparere, aut esse verisimile, & ut aliquo modo doceatur; cum contra magistratus non aliter decerni debeant processus. Quando minus id fieri debet, ubi ex rotulo seu* **Rollen** *vocant, aliud apparet.* Vnde tale axioma cum ista declaratione est intelligendum, ut 1) propterea magistratui non habeantur ligatæ manus, quo minus contra, ex justa causa dispensare possit, prout supra notatum fuit 2) non valet ita, ut quis ad certam personam adstringatur, solet ejusmodi consuetudo vel Statutum in Collegiis maxime Sartorum ac Sutorum occurrere, modo quædam persona adsit, cum qua quis licite & honeste matrimonium contrahere possit. Quod ideo statutum, ut opificia rectius conserventur. Neque libertati matrimonii hoc est contrarium, cum adsit Electio, quamnam ex multis amet, vel in uxorem ducere velit; at ubi electio, ibi & libertas & libera voluntas. Secus esset, si Statutum vel consuetudo vellet, ut quis certam personam, puta illius, vel illius filiam ducat. Eo namque casu impediretur libertas matrimonii, & libera voluntas, cum electio ibi nulla sit, adeoque libertas ad certum constringatur individuum. Secus vero est, quando libertas tantum constringitur in genere, quoad certam Tribum sive Collegium, in quo plerumque plures sunt nubiles, quæ connubio jungi possunt. Neque dicendum, ejusmodi Statutum sive consuetudinem sapere monopolium: Cum non simpliciter privatam alicujus, sed totius Collegii utilitatem respiciat; At Collegia recte con-

conservari, publice interest. Confer. Speckhahn *Quæst. Jur. Cent. III. Class. I. Quæst. 5.* Non tamen valet ejusmodi Statutum Collegii ex sola conventione opificum, siquidem jura matrimonii ad causas opificiarias non spectant, & ideo talia pacta opificum, ex defectu jurisdictionis, per se nulla censentur, nisi autoritate magistratus sustineantur Add. Mev. ad *Jus Lubec. Part. 4. tit. 13. art. 3. in Addit. n. 18.*

* *Sponsa.* Siquidem sponsæ quoque nomine beneficia quædam Candidato magisterii sunt indulta, si forte unam ex Collegio ducat. Prout habent Statuta Essedariorum Cizensium *Artic. X.* ibi : Wenn ein Frembder nicht bestanden, und hätte ferner Beliebung Meister zu werden, soll Ausgang eines Jahres, auffs neue er wieder muthen. Immittelst aber das Handwerck besser begreiffen. Eines Meisters Sohn aber, oder der eines Meisters Tochter oder Witbe heurathet, soll Ausgangs des Jahrs seine Muthung zu thun befugt seyn, und sein Glück fernerweit suchen. 247

Thes. II.

Facienda est eo in *Loco*, ubi Collegium est congregatum, in ædibus videlicet Primicerii, & quidem non fortuito, aliisque de causis, sed ob negotia Collegii, daß man Handwercks wegen beysammen sey: alicubi opus est, ut Candidatus ejusmodi *conventum* ipsemet *impetraverit*, ac prænumeratis expensis invitari membra curaverit, hab ein Handwerck machen lassen. Requiritur insuper, ut coram *Arca* fiat *Aperta*, vor offener Lade/ quæ signum est ordinati ac solennis consessus, ubi Contribules in regimine sint constituti, als ob es vor gehegtem Ding geschehe. 248 De *Tempore* non est quod addamus, præter *supra* allata, *ubi* de Anno probationis fuit actum : Esse nim. Terminos quartales, ordinariis Collegiorum Conventibus deputatos : promiscuos quidem pro filiis Magistrorum; selectos vero, pro Extraneis. Ratio quod coincidant tempora Professionis & Probationis, est, quod ipsam demum Professionem Probatio sequatur : ut *paulo post* patebit. Facienda est autem *realiter* & cum *depositione tesseræ*, daß er seinen Muht-Groschen mit lege/ tanquam pro enixa seria & constante voluntate contestanda, & ut exinde tanquam certo signo, si cubi negare velit, convinci possit aut ipse aut Collegium. *Fabri Artic. 3.* 249

ANNOTATIO.

* Handwerck machen. Est hæc solennis formula, qua Opifices inter se 250

Conventus & fessiones suas denotant, quas Collegii sui causa celebrant; Siquidem Conventus suos. Κατ' ἐξοχὴν vocant Collegia Handwerck, & quando causam singulariter ad Collegium deferre volunt, dicunt illud, Handwerck machen lassen, quasi dicere velint, quod in solenni congregatione Collegii causa talis fuerit proposita, & juxta consuetudines opificiarias, nach Handwercks Gewohnheit Ordine tractata fuerit.

THES. III.

251 Professum, sicubi admittere volunt, *matriculæ* suæ *inscribere* oportet: quæ inscriptio, ut Puerorum, fit ab eo qui Collegio est a manibus, cui propterea consvetum solvitur honorarium, ein Schreibschilling/ decima octava pars Imperialis: fit tamen autoritate & sub auspiciis Collegii, cum effectu, ipsum ad cætera quoque admittendi, nec non Probationem inde su-
252 mendi, tum erga Contribules, tum adversus Extraneos. Hinc notes, quod, qui inscriptione tenus *antiquior* est, quovis superveniente potior existat, etiam Magistri filio; quippe cui hactenus prærogativa data est nulla. Atque ita servatum in causa Joh. Tob. Siegfrieden & Balthas. Weißkern/ Bortenwürckers Gesellen ♀ *10. Jan. 1680.* Quæsitum autem fuit: *Num* & illi necessaria denuo sit Inscriptio, qui in eodem Collegio quondam ut Tyro fuit receptus & immatriculatus: *An* vero ad solos Advenas, & alibi edoctos pertineat? Mihi quidem utrique necessariam inscriptionem esse
253 videtur: quia sub alio atque alio fit titulo, alioque fini. Oportet autem hanc Inscriptionem, perinde ut Professionem, *statu* fieri *Tempore*, Quod, sicubi Candidatus elabi passus est, non amplius admittitur, sed expectare tenetur, donec annus in circulum redeat. Sin facto Collegii hoc evenerit, prout solent moras nectere, & augmentum numeri Contribulium impedire, retorquetur id in ipsosmet, jubenturque Candidatum, etiam lapso tempore admittere; imo, sic inscribere, tanquam justo id contigisset tempore. Ita rescriptum in causa Georg Berers, contra Collegium Sarto-
254 rum *15. Febr. 1675.* Nolunt quidem Collegia, nisi post certa *intervalla* inscribere Candidatos, Ne nimium prope se insequendo contingant; cujus Moris, ut ex Jure Scripto confirmationem nanciscerentur, Collegium Vietorum allaboravit, uti *supra n. 227.* dictum, verum sine adplausu Magistratus: Nam, si annus probationis jam effluxit, & ad instantias seu sollicitationem progressus est alter, non ulterius remorandus est posterior; ex decreto Senatus ♀ *10. Martii 1679.* ad instantiam Mich. Freytags contra Collegium Vietorum.

AN-

ANNOTATIO.

* *Matriculæ.* Est vero præsumtio pro matricula. Vnde opifex matriculæ 255
Collegii mechanicæ inscriptus, per hanc inscriptionem, in possessionem vel quasi, juris Collegialis inducitur, adeoque tam diu in eadem censetur constitutus, atque in usu privilegiorum, inde competentium, est manutenendus, donec legitime submoveatur. Conf. Menoch. *Lib. II. præsumt. 78.* Idque decisum colligunt ex *l. 7. Cod. de fid. instrum.* ubi dicitur, quod miles, instrumento licet honorariæ missionis deperdito, tamen non amittat jus veteranorum; sufficere enim, constare ex aliis probationibus, eundem olim in militiam fuisse lectum, & Collegio militari legitime fuisse ascriptum, ut ideo quoq; ex ista communi facta semel receptionis præsumptione, ad privilegia Ordinis militaris tamdiu sit admittendus, donec contrarium doceri possit. Idque proinde pari ratione in Collegio Opificum adscripto procedere. Idemque ampliant, licet artem non amplius exerceat, ex receptione enim æstimari opificem, non ex artis continuo 378
exercitio, si modo nondum Collegio renunciaverit, aut ordine illius legitima ex causa sit motus, quia scilicet possessionem rei aut juris alicujus non conservet perpetuum ejus exercitium, sed solus animus ad conservandam possessionem sit sufficiens, qui efficax sit, & possit in actum secundum deduci *l. 3. §. 12. 13. ff. de acquir. vel amitt. poss.* Conf. Knichen *Encyclopæd. Cap. X. n. 67. 68.* Nec obstat *l. 16. Cod. de Testam. milit.* ubi dicitur, quod apparitores Magistrorum militum, etsi nomina illorum in matriculis militaribus referri videantur, nullatenus tamen, in ultimis a se conficiendis voluntatibus, juris militaris habeant facultatem. Hoc enim Imperatoris Anastasii Decretum accipiendum est de eo casu, ubi lex vel statutum aliquem e numero Collegiatorum removet, quod etiam supra asseruimus, quod scilicet, remoto Opifice, cessent privilegia; Ergo a contrario sensu argumentari licet, quod quamdiu de contraria legis aut Statuti dispositione, aut remotione partium non constat, toties jura ac privilegia Collegiato Opifici manere integra, ne alias quis commodo possessionis, semel legitime traditæ, sine causæ cognitione, privatus videatur. Add. Mascard. de *Probat. Conclus.* 1038.

Thes. IV.

Pertinent quidem ad actus solennes, tum *Legitimatio* Candidati, per 256
exhibitionem attestatorum legitimæ *nativitatis*, rite perceptæ doctrinæ, plenarie peractæ peregrinationis, & in universum *Vitæ anteactæ*; de quibus omnibus *suo* alias *loco*: tum Probatio, seu annus exploratorius, das 257

Jahr-Arbeiten; tum denique Instantiæ seu sollicitatio, das Muhten. Verum, postquam hæc in *articulo de subjecto* jam tum prolixe satis tradita sunt,
257 actum agere non sedet animus. Istud solum addemus, Oportere Candidatum inter hosce actus, *Jus civicum* impetrare; *conf. infra* neque enim Senatui præjudicare valebunt Collegia, recipiendo Contribules, quos incertum est, admissum iri in Cives: Quomodo facient membrum partis, qui nondum est membrum totius? Sed nec in urbem inter cives a Senatu recipitur, nisi qui natales & vitam transactam certis literis docuerit. vid. Wehner. *Obs. pract. verb.* Mannrecht / *pag. 186.* Recte igitur Fabri quondam *art. 6.* statuerant, ut nisi intra quatuor septimanas jus civitatis impetraret, igne atque fumo ipsi interdicatur, tabernaque vel officina ipsi claudatur.

ANNOTATIONES.

258 * *Nativitatis.* Vti est Reseriptum Ducis Saxoniæ in sequentibus formalibus: Von Gottes Gnaden Wilhelm Hertzog zu Sachsen Jülich Cleve und Berg. Welchergestalt B. T. Tischer-Gesell zu Jena, über das gesambte Tischer Handwerck daselbst, daß Sie Ihm ungeachtet seiner albereit gethanen Muthung, dahero ins Handwerck, weil er keinen Geburths- und Lehr-Brieff in seinen Vaterlande, erlangen könne, einzunehmen, sich verweigern wolle, Supplicando beklagt; Und was Er daneben vor Umbstände und Ursachen anführet, auch unterthänig bittet, das besaget der Einschluß mit mehrern. Wenn denn Supplicant sich bemühet, und zu dem Ende in sein Vaterland gereiset, in Hoffnung, daselbst seinen Bruder gleich eine Kundschafft zu erlangen; Solche aber ohne seine Schuld, noch umb einiges Verbrechen, sondern allein umb der Religion willen, nicht erhalten können, und gleich wohl sich von seinen Christlichen Vorsatz dadurch keinesweges abwendig lassen machen. Als ist mit denselben vielmehr ein Mitleiden zu haben, und deßwegen in seinen guten Vorsatz gar nicht zu hindern, kan auch dieser sonderbare Fall der Handwercks-Ordnung nicht nachtheilig seyn. Und begehren derowegen hiermit; Ihr wollet mehr bemeldtes Handwerck vor euch fordern, ihm angeführte Ursachen und Umbstände zu Gemüthe führen, und daß bey solcher Bewandtniß Ihrer Innung in andern Fällen ohnbeschadet, Supplicanten ohne weitere Weigerung das Meisterstück fertigen lassen, und zum Mitt-Meister annehmen sollen, Krafft dieses Unsers Befehls aufferlegen. Weimar den 20. Jan. 1657.

259 * *Vitæ ante actæ.* Ita servabat Collegium Pellionum Cizensium adversus

David Crahmer Magistrum Neostadiensem ad Orlam data Resolutione seu Interims-Schein in sequentibus formalibus: Auff Vortrag und Ansuchen David Crahmers, Bürgers und Kürschners zur Neustadt an der Orla, umb Verstattung der Haltung des Meister-Rechts bey hiesiger Zunfft und Laden derer Kürschner, gegen gewisse Darlege und Quartal-Einlage; Wird demselben zur Resolution und Scheine, Handwercks wegen dieses ertheilet, daß Ihme solches verstättet und gegönnet werden solle, so fern Er von E. E. und W. W. Rath aus vorgedachter Neustadt begläubte Nachricht anhero brächte, wie die Lade und Zunfft derer Kürschner alda in Abgang gerathen, und warumb daselbst die Kürschner-Zunfft nicht gehalten, noch David Crahmer darein genommen worden. Und wie auch dessen Verhaltniß zeithero gewesen, damit so dann endlicher Admission-Schein, wegen erfolgenden Abtrags er hier erlangen möge. Uhrkundlich mit Unsern Handwercks-Siegel und Unterschrifft vollzogen. So geschehen Zeitz den 1. Maji 1683. Ober-Für- und andere Meister des alhiesigen Kürschner-Handwercks.

* *Oportere.* Huc etiam pertinet, quod in nonnullis locis etiam novus Magi- 260
sterii Candidatus jurare teneatur, de servandis Statutis Collegii in quod cooptatur. Vti habet Churfürstl. Pfältzische Landes-Ordnung de anno 1599. *Tit. XXV.* ibi: Und soll ein jeder Kannengieser, der in Unsern Städten oder Flecken in der Ober-Pfaltz Meister werden, oder darinnen zu wohnen, und berührt Handwerck zu treiben, sich setzen will, wie herkommen, geloben und schweren, daß er diese nachfolgende Ordnung getreulich halten, und demselben in allen und jeden Puncten und Articuln, so lang er Meister ist, geleben und nachkommen wolle.

CAPUT VIII.

De Speciminibus artis: Von Meister-Stücken.

Conspectus.

Potissima Candidati partes sunt artis specimina n. 261.
Sunt illa necessaria Novitiis n. 262.

Imme-

Immo etiam quandoque magistris, inde hac commigrantibus n. 263. non tamen semper n. 266.
Opifex reprobatus n. 264.
Terminus technicus materien est approbatus n. 265.
Artis specimina sua cujusque manu citra suggestiones sunt elaboranda n. 267. 268.
Ad fraudes circa artis specimina præcavendas commissarii a Collegio, vel a Senatu deputantur n. 269.
Est ab illis Commissariis moderate & citra concussionem procedendum n. 272.
Affectibus non est indulgendum in taxando specimine artis n. 276.
Aliquando deputati tales Commissarii juramento adstringuntur n. 277.
Specimina artis sunt vel definita vel arbitraria n. 278.
Materiam specimimum artis suo quisque ære comparare debet. n. 280.
Species pro locorum & Collegiorum diversitate variant. n. 281.
Trina plerumque specimina a Candidato extranco sunt conficienda n. 282.
Sumptus speciminis des Meister-Stücks *sunt moderandi n. 283.*
Exempla speciminum artis varia recensentur n. 288.
Elaboratio speciminum artis est necessaria n. 289.
An data pecunia possit redimi n. 290.
Ob Candidati inopiam est relaxanda n. 292. & seqq.
Merces Opificum residua an gaudeat jure prælationis in concursu n. 296.
Specimina opificii ad amussim artis sunt elaboranda n. 297.
Sin approbata fuerint, fit remissio ad Senatum, ad jus Ciuitatis impetrandum n. 298.
Sin erratum fuerit, vel tertiam tentanda n. 299.
Qui tertia vice non steterit, is plane repellitur. n. 300.
Ex gratia aliquando errores emenda licet expiare n. 301.
Quid juris, si in unico erratum sit. n. 302. 303.
Etiam propter leviores errores pœna potest injungi majoris cautionis ergo n. 305.
Propter errorem, qui non pertinet ad substantiam opificii, non statim Candidatus in proba fallens est arcendus a Tribu n. 306.
Locus elaborandi speciminis dependet ab arbitrio Collegii n. 307.
Frequentius ad singulorum unum remittuntur n. 308.
Tempus conficiendorum speciminum n. 309. 310.
Remedia contra cunctantes n. 311.
Pertinent hæc remedia coercitiva ad Collegium n. 312.
Magistrorum filii sunt a speciminis editione alicubi immunes n. 313.
Aut certe optionem habent n. 314.

Non

Non usque tamen citra pecuniam n. 315. 316.
Immunitatem ab editione ſpeciminis, an ſibi recte arrogent Artifices Palatini n. 317. & ſeqq.
Alicubi jurata ſponſio Obedientiæ a novis magiſtris exigitur n. 321.
Magiſter ſemel probatus in arte quomodo recipiendus n. 322.
Filius natus antequam pater in Collegium receptus etiam prærogativa gaudet illorum, qui poſtea nati ſunt n. 323.
Poteſt Princeps circa actus Magiſterii probatoriales recte ſtatuere, & contra articulos diſpenſare n. 324.

Thes. I.

POtiſſimus actus, quo Solennitas & Proceſſus Magiſterium inter Opifices impetrandi abſolvitur, eſt *Editio ſpeciminum*, & elaboratio certorum operum, ad iſtud opificium, cujus characterem ambit Candidatus, pertinentium, ſecundum præcepta artis ſic peragenda, ut inter examinandum nihil in eis jure poſſit deſiderari, & vocatur Meiſterſtück machen/ *add.* Bäyeriſch Landes-Ordn. *Lib. 4. Tit. 1. §. 9.* von Meiſter-Stücken/ vel brevius, Stück machen/ ſive etiam technico, quamvis barbaro termino, Materiren : Sartoribus quidem frequentiori, unde Materien-Tiſch/ vel Materien-Taffel/ menſa, ſuper qua dictæ partes, fruſtra vel opera delineantur, inciduntur atque apparantur : aliis tamen Opificibus etiam uſitato, ſicut Laniones in cauſa Simon Girberti *16. April. & 2. Junii 1656.* uſurpaſſe obſervavi. 261 Partium hæc confectio Candidatis eſt neceſ- 262
ſaria ; quia nusquam citra eam in Collegia recipiuntur, neque ullius Collegii Statuta reperies, quin de iis aliquid invenias diſpoſitum : Si Coriarios utriusque generis, Acuarios & Perarios excipias. *Declaramus* tamen hanc Neceſſitatem de *Novitiis* & primo ingreſſu. Nam, qui ſemel alicubi Speciminibus editis Magiſterium nactus, alio ſedem fortunarum ſuarum transfert, ad eorundem Reiterationem non tenetur ; cum dedecori futurum ſit anteriori Collegio, Magiſtros ſuos aliorum examini rurſus ſubjici ac denuo probari, atque ea ratione fidem, dexteritatemque ſuam in dubium vocari. *Limitationem* autem hoc recipit, 263
ſi vel *nulla* plane ibi ediderit, nec edi uſitatum ſit ſpecimina. Sicut de Laniis quorundam locorum fertur, Magiſtros hoc ipſo, quod Tabernam, (quam ſellam carnariam Fleiſchbanck dicunt,) poſſident reputari. Unde Chriſtian Dechant Budiſſina huc appulſus, a Laniis Jenenſibus ad eorundem editionem poſtulabatur *4. Septembr. 1680.* quanquam eo non attento,

tento, admittere ipſum juberentur, Ducali *reſcripto d. 25. Septembr. ejusd. anni*, ob hoc, quod a probatione ſui aſſerti deſtiterant. Vel etiam, ſi *imperfecta* ediderint alibi; ut Magiſtri pagani, a quibus tantum haud exigitur quantum ab urbicis; ubi vero ad urbem commigrant, defectum ſupplere decet.

ANNOTATIONES.

264 * *Artis.* Vnde opifex reprobatus a receptione Collegii, ſe peritum probare debet, licet quis a Superiori Reſcriptum impetraverit, ut recipiatur in Collegium aliquod Opificum; Attamen ſine prævio examine, de peritia artis, non eſt admittendus. Et reprobatus a Collegio, ipſe probare tenetur, ſe non ex merito, ſed ex invidia aut æmulatione eſſe repulſum, quia ſcilicet *natura nemo peritus præſumitur*, nec quis Magiſter naſcitur, unde vulgatum axioma: Es wird kein Meiſter gebohren; Et quia alias ad impetrantem ſpectat onus juſtificandi Reſcriptum arg. *l. 2. C. de Dilation.* Vnde talis poteſt ad novum examen provocare, poteſtque petere, ut per non ſuſpectos & ſpeciatim juratos Examinatores examen peragatur. Caſum hujus deciſi refert Marci in *Deciſ. Parlam. Delphin. deciſ. 165.* de barbitonſoribus; Quæ ibi relata cum faciant ad declarandum uſum Opificiorum in exteris provinciis, ideo non inutiliter adſcribemus in ſequentibus formalibus: *Vnde etiam, antequam aliqui admittantur in magiſtris, debent examinari, per expertos in arte, an ſint idonei l. nemini Cod. de Profeſſ. & Med. Et præmiſſa faciunt ad quaſtionem interinationis literarum Galiacli barbitonſoris, qui impetravit litteras patentes Dominæ Annæ gratia Dei Reginæ Franciæ, Ducisſæ Britanniæ, Delphina. Vien. de Anno Domini M CCCCCII. die XXX. Menſis Junii, ſine onere, niſi reſpectu juris confratriæ, ſi quod ſit pro ejus primo adventu in civitate gratianopoli. Et alias, ut plenius continetur in dictis litteris, & quas creatur magiſter in arte barbariæ chirurgiæ, & quod poſſit levare operatorium; adverſus quæ ſe oppoſuerunt alii Magiſtri chirurgici & Barbitonſores præſentis Civitatis Gratianopolis, qui produxerunt eorum Statuta, & libertates confirmatas autoritate Delphinali, ubi continentur plures articuli, & in decimo nono ac ſequentibus articulis ponitur modus examinandi tales, qui volunt effici magiſtri, tam per magiſtrum generalem, quam per alios contra articulares magiſtros. Et licet in XXVI. articulo fiat mentio de duobus magiſtris ad examinandum, tamen in quibusdam aliis litteris Domini Rodulphi de Gaucourt gubernatoris Delphi, confirmatis per Dominum Ludovicum Delphinum, fit mentio de quatuor aut tri-*

bus

423 que dividi ſolet. *Seculares*, qui de hac Opificiali participant pecunia, diverſi ſunt; alicubi locorum etenim Quæſturæ Præfectus, alibi Senatus, aut Prætura urbana, vel etiam Camera Ducalis; modo ſinguli, vel bini etiam aliquid accipiunt. Sic RESTIONES Jenenſes Præfecto & Senatui florenum ex medietate dividendum pendunt: Cives SUTORES Prætori decem groſſos; FABRI LIGNARII Senatui florenum; CORIARII florenum Cameræ Ducali, Prætori ſex groſſos; PILEONES
424 eidem Ducali Cameræ florenum pendunt: *Cui uſui* & in quem finem hoc aut illud fiat, quidve viciſſim accipiant, *paulo inferius* videbimus: iſtud pro nunc monentes, quod in Rationes acceptorum imputare teneantur, qui eam accipiunt, & *publicis* uſibus impendere; quemadmodum medietatem quinquaginta florenorum, quos Collegium Laniorum in certa cauſa a quodam Candidato exigebat, Senatus acceptare, ſed Cuſtodiæ ac ſecuritati Civitatis impendere, zum Stadt-verwahrungs-Bau anzuwenden / jubebatur, peculiari Reſcripto D 4. *Octobr. 1680.*
425 Quæ vero intra Collegium remanent, ea *ex parte* ipſi Univerſitati præbentur, *tum* conſumenda, uti ſunt Convivia; *tum* conſervanda, Pecunia videlicet, pro uſibus publicis; & Supellex, *tum* œconomica, orbes, patinæ, canthari, *tum* lugubris, ut pannus quo feretrum cooperitur, pallia prolixa: *ex parte* accipiunt qui ſunt in Miniſterio Collegii, pro actibus miniſterialibus, v. g. Janitor, pro Convocatione, Amanuenſis pro Inſcriptione.

ANNOTATIONES.

* *Pia devotione.* Hæc ipsa pia Collegiorum devotio, non tantum in Arti 426
culis Statutorum Opificialium præliminaribus solet inculcari; Sed etiam Ordinationibus Superiorum speciatim injungi. Quo pertinet Constitutio Palatino-Bavarica de operis aurifabrorum scandalosis aut ad idololatriam devergentibus abolendis, Churfürstl. Pfältzische Landes-Ordnung in Ober-Bäyern de anno 1590. *Tit. XXIV.* sub rubrica: Von Gold-Schmieden ibi: Zu Verhütung auch ferners unnützen Unkostens, so wollen wir, bey Straffe zehen Gülden, verboten haben, daß forthin kein Gold-Schmied, Mahler, oder andere, die zu vergülden pflegen, kein Kupfer, Eisen, Holtz, Stein oder anders, daraus Abgötterey, Betrug oder verderblicher Unkosten erfolgen mögte, vergülden soll.

* *Conservanda.* Jus ergo collectandi vel in pios usus vel pro conservatione 427
societatis competit cuivis Collegio, ita tamen, ut moderate tale jus exerceatur, prout declarat Fürstl. Braunschw. Reglement der Handwercker de anno 1692. *num. 8. 9.* ibi: Wo bey einen Amte oder Gülde solche unentbehrliche Ausgaben vorfallen solten, daß zu dero Behuff eine Collecte anzulegen die hohe Nothdurfft erfordern solte, soll demselben zwar solches zugelassen seyn, iedoch mit dem ausdrücklichen Bedinge, daß solches mässig geschehe, darunter die Billigkeit beobachtet, und die Amts und Gülde Genossen mit dergleichen Anlagen nicht so sehr, noch einer vor den andern beschwehret werde, massen dann, daferne hierunter ein Excess vorgehn würde, einen jeden Mitgliede sich deßfalls bey des Orts Obrigkeit (die dann darunter gehöriges Einsehen zuthun hiermit befehlet wird) zu beschweren frey stehen solle. So soll auch denen Amts- und Gülden-Meistern über dem frey stehen, wann sie es nöthig finden, zu Unterhaltung der Armen und Krancken Meister und Gesellen alle viertel Jahr ein gewisses in eine absonderliche darzu verordnete Lade zu legen, und denjenigen, so dergleichen Beyhülffe in seiner Kranckheit benöthiget, davon die Nothdurfft zu reichen, solches aber hernächst, wann Er seine Gesundheit, und so viel Mittel wieder erlanget, von ihm selbsten, oder da er versterben solte, seinen Erben wieder zu fordern, daferne jedoch solches von einigen ihres Unvermögens halber, nicht wieder zu erhalten, deßfalls nicht in sie gedrungen, sondern ihnen sothaner Vorschuß nachgelassen werden soll.

THES. III.

428 Ad *causam materialem* pertinet id, quod hinc præstat, isthinc quod expectat atque recipit Candidatus. Præstationes variæ sunt, quas modo enumerabimus, ac consistunt partim in *pecunia*, partim in *cera*, quæ tamen apud nos, postquam usus ceræ exolevit, in pecuniariam præstationem conversa, & in quibusdam insuper Collegiis non explicite, sed inter cœtera ponitur: partim in *vino*, quod alicubi in natura præbetur, sed & hoc tamen per aversionem pecuniariis præstationibus imputari
429 cepit. Sic Fabri nostrates in pristinis articulis suis Sedecim in universum & per aversionem computatos florenos, pro pensitatione habuerunt, sic ut iis omnia, majora-minora comprehenderentur, ut neque Ceraticum neque Bibalia seorsim pendi deberent: ibi: Sechtzehen Gülden vor alles hinweg. So dann hernach das Collation-Geld/ besonders zu einem halben Eymer Wein/ numehr fallen sol/ und das Geld davor in die Lade gelegt/ auch von dem neuem Meister kein Wachsgeld/ Leich-Tuch-Geld/ Laden-Geld/ Schreib- und Fordergebühr/ begehret; sondern diese 16. Gülden zu gemeinen Ausgaben angewendet/ und also
430 weiter nichts mehr von ihm gefordert werden. Quales autem & quot tandem sint præstationes, quæ Nomina earum, quis Ordo, aut quæ alia? scire gestiat Curiosus quispiam; Cui enumerare studebimus. Non omnes tamen eodem ordine atque tempore concurrunt, sed earum aliquæ dudum præcesserunt statum atque actum magisterialem; sed Nos, ob affinitatem & pro complemento materiæ, comparsimus, una tractandas:
431 Et ordine quidem *prima*, sed dignitate postrema *expensa* est (1.) Convocationis munus, quia ministeriale quidpiam, die Fordergebühr: qui enim Collegio nomen dare cupit, congregationem ejusdem a Primicerio seu Seniore ante impetrabit; quæ Magistri Junioris est functio, si non peculiarem Collegium habeat ministrum, Stuben- oder Gassen-Knechte/ atque regulariter solido seu Schillingo, qui hodiernorum nummorum sedecim, seu duos Marianos valet, rependitur. Nisi aut MINOR summa, ut inter Vietores, Sutores, atque alios forte, Medietas nempe
432 ta floreni misnici pars, fuerit constituta. Sequitur (2.) pecunia *pro arca reseranda* peti solita. Congregati nim. Contribules, in signum ordinati solemnisque consessus, ac suæ cujusd. Jdictionis, arcam Collegii in medio collocare eamque aperire consueverunt; unde quæ tunc agun-

tur,

tur, coram area aperta facta fuisse dicuntur, vor offener Lade / tanquam *judicialiter* dixeris; atque eandem vim, autoritatem ac fidem inter illos habere merentur, quam quæ pro Tribunali sedente Prætore gesta sunt. Ab eo igitur, in cujus gratiam conventus ille adornatus, certum ho- 433
norarium, v. g. Perarii 6. gr. pro referatione, accipiunt, quod utrum per illud Ladengeld / de quo *paulo superius*, innuere voluerint, an rectius dicatur Schlüssgeld / equidem ambigo: posteriorem hunc terminum inter opifices vix inveneris, cum sapiat compedes, carcerem atque simi-
lem rem Lictoriam, a qua tantopere abhorrent: Prior autem denotare poterit pecuniam, pro stabiliendo ærario pendi solitam, zu stärckung der Lade / de qua forsan *inferius*. (3.) In signum factæ professionis, 434
oportet Candidatum Tesseram seu symbolum ponere, eoque ipso se-
nium quasi animum contestari; ex quo etiam, tanquam reversalibus quibusd. literis, inficiaturus posset convinci: aut Collegium ipse ar-
guere, si istud factam sollicitationem negare auderet *v. n. 232.* Unde vocatur Muhtgroschen / a petendo, ambiendo, sollicitando; nam pete-
re aliquid ab aliquo, etiam germanice, einem was zu- oder anmuhten / & ob reiterationem trimestrem, Quartal-Groschen / ex qua animi con-
stantia colligitur. In eoque coincidit cum symbolo, quod Contribu- 435
lium quisque certo anni tempore, quatembri scil. contribuit, eoque Jus Collegii quasi redimit, restaurat & conservat, tanquam canone aut lucramio: hinc dicitur der Weichfasten Schilling / sunt enim Weichfa-
sten & Quatember eat. synonima. Cujus nummi valor plerumque Schillingus est; Nisi quod Pelliones prima vice 12. gl. & in repetitio-
ne 6. gl. Fabri autem Cultrarii utroque casu 12. gl. pendere tenentur. (4.) *Pro Inscriptione* ei qui Collegio est a manibus, dem Handwercks- 436
Schreiber / grossus unus, isque novus, seu, hodierni valoris, a Sutori-
bus Victoribus; vel antiquus, qui ipse Schillingus, sedecim nummo-
rum modernorum, inter Perarios, Lanios & sim. sed Smegmatis Cocto-
res, Scribæ suo Schreckkenbergerum deputarunt: ut adeo res hæc va-
riet secundum Collegiorum diversitatem, Sodaliumque liberalitatem, ac denique beneplacitum Principis, statuta confirmantis; & si Sodali-
um unus has vices gerat, minori contentus esse potest, secus si Extra-
nei opera utantur. Sumtibus hisce magisterialibus accensemus (5.) 437
etiam *Pretium materiæ* ex qua fiunt specimina; quippe quam suo quem-
que oportet ære comparare, v. g. statutis Tinctorum, *verb.* uff seine Ko-
sten: quod totidem verbis & Saponarii expresserunt, Pileones supe-

rio-

rioribus ſtatutis *de Anno 1640.* Lanam Candidatis voluerunt appendere; ſed quam tamen prius ipſe Candidatus comparaſſet ſibi: Die
438 Wolle ſol er ſelbſt ſchaffen/ doch ſol ſie ihm zugewogen werden. Victores priſtinis ſtatutis ad arbitrium Candidatorum retulerant, utrum ligna ipſimet emere, an a Collegio expectare, ſed in ejus compenſationem opera elaborata eidem relinquere mallent; ſed licentiam hanc certo eos oportet redimere lytro: hinc addas (6.) *Redemptionem licentiæ* Materiam ſua autoritate comparandi: vor die Köhre/ daß er macht hat/ das Holtz nach ſeinem gefallen zu ſchaffen; nec non honorarium Luſtrato-
439 ribus materiæ pendendum. Jam denique accedimus ad ipſum corpus paulo propius. (7.) Expenſas inter elaboranda ſpecimina neceſſarias, pecuniam ſeu Epulum his, qui actui ſeu interſunt, ſeu durante eo accedunt & recedunt, partim contribules, partim Commiſſarius Senatorius: Materien-Eſſen. Utroque horum caſuum ſumma eſt incerta, &
variat ex genere & copia emendæ materiæ, tum ex duratione elabora-
440 tionis, & numero Aſſeſſorum: Ad Modeſtiæ tamen & æquitatis terminos hi poſteriores, ſtatutis quibusdam generaliter reſtricti: *Sed quædam* Collegia per averſionem certam expreſſerunt pecuniam, *v. g.* Sutores ſedecim groſſos; ſesqui florenum Pileones; duos Joachimicos Librorum Compactores: quatuor florenos Sartores; Saponarii totidem, ſicubi Candidatus non ipſe malit priorem modum periclitari.
441 Caput ipſum rei atque nervum tangit, caput expenſarum octavum (8.) de ſumtibus *Epuli Magiſterialis*, quos a priori definire, quam incertum exitum præſtolari maluerunt aliqua Collegia; proinde tres florenos Saponarii, Fabri ſedecim quondam *artic. 6. ſtatutorum* ſuorum conſtitutos habuerunt; quanquam per averſionem, ſicut *ſup. n. 429.* dictum. Ex quo autem Fabri Solearii, die Hufſchmiede à cœteris diſceſſerunt, peculiare Collegium inſtituerunt, & qui reliqui in ſocietate remanſerunt, novis ſtatutis octo florenos ſurrogarunt, Senatus in ſua relatione
442 ſex florenos ſufficere exiſtimavit. Huic (9.) affine eſt *Jentaculum connubiale*, quod Juſculum ſponſalitium die Brautſuppe dicitur. Primis nuptiis regulariter in natura & cibariis exhibendum quidem, adeoque extra hunc locum: verum, in ſecundis uno Joachimico negotium confici poteſt, adeoque proprie demum hujus eſt loci: de illis *ſup. cap.*
443 *prox.* actum fuit. Inter maximas expenſas referimus (10.) Pecuniam Magiſterialem, Meiſtergeld/ quam non ſolum pro *ſtatu* atque ordine magiſtrali, verum etiam, & quam maxime pro *Jure* Collegii conſequendo

pen-

pendunt ; Unde & Jus Magisterii, Meister-Recht communiter, sed abusive dicitur : quum aliud sit id quod acquiritur, aliud autem id per quod hoc agitur. Estque pro arbitrio constituentium vel *gravius*, v. g. duodecim Imperialium, apud Lanios, olim viginti quatuor, sed quorum medietatem prætendit Senatus : decem florenorum apud Sartores ; 6. Rthlr. apud Fabros Cultrarios, totidem apud Figulos & Perarios. Vel 444
levius : quinque florenorum apud Restiones, 4. fl. inter Sutores & Vietores, qui posteriores tamen qualitatem Rhenensium adjecerunt, h. m. 4. fl. Rheinisch. Sed coincidunt cum Misnicis, quoties non additur phrasis : In auro : nam florenus Rhenanus in auro, ein Rheinischer Goldgülden / vel ein Gülden Rheinisch in Golde / valet Imperialem unum cum quadrante, 30. gr. misnicos. Apud Librorum Compactores trium sexagenarum antiquarum : efficiunt autem unam sexagenam novam, quæ dicitur argentea, ein Silbern Schock / item, ein gut Schock / duo imperiales cum dimidio. Duorum florenorum apud Pelliones, & sesqui alterius apud Pileones. Caput (11.) *promiscuas* continet, pro 445
diversa Collegiorum *suppellectili*, tam œconomica quam militari, faciendas expensas, v. g. 11. gr. zu Harnisch / apud Pistores : Sclopetum, ein Rohr / vel in ejus locum sesqui florenum, apud Pelliones : duodecim grossos inter Perarios, zu Feur- und Traur-Gerähte / unum imperialem zum Leichentuch / Lanii. In universum autem Patinam aut orbem stanneum : quibus addatur alicubi usitatum Ceraticum, Wachsgeld : v. g. sex libræ ceræ, apud Sartores : & per aversionem 12. gr. pro cera apud Sutores : quod tamen Fabrorum Collegium pecuniæ magistrali, una cum cæteris quodlibetices impensis inclusisse *jam diximus*.

ANNOTATIONES.

* *Cera.* Fit hujus *Ceræ opificiariæ* frequens in Collegiorum Articulis men- 446
tio, & plerumque mulctæ opificiariæ per libras ceræ indici solent. Originem autem inde deducunt, Quod Collegia olim cereas templis dicaverint, quibus ne deessent sumptus, ceras dicarunt mulctas, tanto libentius pendendas, quanto magis quisque sponte sua promovere tenetur sacra.

* *Junioris.* Vti habet Decretum Senatus Oppidani Jenensis publicatum 447
Jene den 4. Decembr. 1696. in causa des Schlösser-Handwercks daselbst in sequentibus formalibus : Daß zuvorderst Pätz, und wenn dieser Erheblichkeit halber nicht abkommen könte, Hans Schmidt, der Ordnung nach, Jung-Meister-Ampt verwalten, bey dessen Verweigerung aber gewärtig seyn solle, daß ihnen das Handwerck geleget werde.

THES. IV.

448 Tot ac tantæ, si non plures Candidato incumbunt præstationes; Ecquid vero est, quod *in harum compensationem accipit* aut expectare potest? Sunt nim. (1.) *character* ille seu status ac dignitas *magisterialis*, quam in toto hoc negotiorum confluxu & petit Is, & impertit Collegium. (2.) *Jus Collegii* seu Sodalitatis; quod a superiori diversum est, quoni-
449 am aliud est, esse Magistrum, aliud Sodalem, Meister und Compe. *Illud* ad personæ statum & qualitatem, *hoc* ad jura realia pertinet; *Magister* in ordine ad Boëthos & Tyrones, vel alios etiam extraneos dicitur; sed Contribulis ac *Sodalis* in ordine ad cœteros ejusdem cum ipso conditionis, sed in quantum universitatem constituunt; *Magister* refertur ad artem, seu, Magister intuitu artis dicitur: *Sodalis* refertur ad Collegium & artis exercitium, quod extra Collegium, seu ei qui Jus
450 Collegii non impetravit, haud licet. Et *sunt* quidem utraque hæc suo modo *in commercio*, possuntque ac solent quasi emi vendi: perinde ut ex more veteris Reip. Romanorum Tribus emi & comparari dicitur in *l. 35. ff. de Leg. 2.* nec non Militia; quando quis in tribum vel *militiam* aliquo dato cooptabatur. *l. 11. & l. f. C. de Prox. sacr. scrin. Lib. XII. Nov. 57. & N. 97.* Alciat. *Lib. 1. parerg. c. 16.* Qui mos, Functionum emendarum hodienum in Gallia viget, & in Angliam quoque penetrare, ex novellis hactenus licuit observare.

451 *Jura Collegialia* seu Magistrorum, quat. in aliquo existunt Collegio, sunt varia, v. g. Jus Scholæ; Jus Artis exercendæ, quoad elaborationem operum artis; & pro eo facilitando, Jus Alendorum Sociorum; Judicii de operis artis suæ ab homotechnis elaboratis: Jus item Negotiandi in operis ab se confectis; Cujus consectarium est, Jus Nundinas domesticas & extraneas visitandi: quod postremum tamen alicubi peculiariter redimere oportet, aliquot vini congiis, juxta
452 viarum regiarum numerum. De quo in statutis Sutorum per Præfecturas Onoldinas, Cadolzburg/ Langenzenn/ Marck-Erlbach/ Roßstall & Hagenbuch habitantium, disponi testatur Dn. Limn. *T. IV. addit. L. IV. c. 8. n. 307. pag. 640.* ibi: Zum vierdten sol ein junger Meister die vier Strassen/ und deren eine jede insonderheit mit einem Vierthel-Wein büssen. Dadurch sollen ihm die inwendigen und auswendigen Jahrmärckte/ auch
453 die Kirchweihen zu besuchen zugelassen seyn. Possetque hinc ista hæc prætatio cœteris *supra* enumeratis accenseri; sed quis noverit omnes ubi-

que

que usitatas, quoad substantiam, quantitatem, qualitatem atque justitiam? postquam commune Collegiorum Contribuliumque votum est, imminuere numerum Candidatorum, augereque onera & præstationes, tanquam modum illos reprimendi: unde, sicut Natura semper properat novas edere formas, ita non cessant nova onera, aut eorum accessiones multiplicare. Unde præstationes illæ, singulæ seorsim consideratæ, 454
minutæ quidem sunt, sed tandem nihilominus in eundem Candidatum recidunt, im Keudel kömpts alles zusammen/ Quare ei, in cujus marsupio concurrunt, opido graves, ac pene intolerabiles, quoniam juxta proverbium: Multæ crustulæ & frusta etiam conficiunt panem; sic, ut multi Candidati de Nimietate sint conquesti, quidam etiam satis diu ac per totam pene vitam eas persenserint.

ANNOTATIO.

* *Accipit.* Vnde non tenetur ante Collegium ad Collationem Magisterii, 455
donec tales impensæ fuerint præstitæ. Atque opifex, qui intra statutum tempus pecunias tribuarias arcæ communi non intulit, potest jure Tribus privari. Ita R. Hall. in causa Melchior Beckers contra die Meister und Gewercken der Crahmer-Innung beklagte Verb: Würden Beklagte gebührend beybringen, daß Kläger nach erlangter Majorennität drey Jahr nach einander jährlich einmahl Quartal und Zeit-Geldes halber von denen Innungs-Crähmern, durch den Crahmer Bothen genugsam wäre erinnert und besprochen worden, inmassen Ihnen binnen Sächsischer Frist zu thun oblieget, so würde Kläger, obschon sein Vater in der Crahmer-Innung gewesen, nicht mehr vor einen Innungs-Mann gehalten, noch das Zeit-Geld von Ihm angenommen, sondern der Innung verlustig geachtet; In Entstehung aber solches Beybringens sind Beklagte Klägern in ihre Innung auffzunehmen schuldig.

Thes. V.

Sunt equidem aliquæ earum, statutis jam *determinatæ* ac finibus 456
suis circumscriptæ, quædam autem *arbitrariæ*, seu relictæ *partim* beneplacito ipsorum Candidatorum, *partim* arbitrio Magistratus. Quantum ad *priores* attinet, vix dabilem putares casum, quo Candidati in seipsos forent injurii, ut pendant plus solito, eoque jam tum nimio, es übergibt sich ja sonst nicht leicht jemand. Sed, quid non suadet metus examinis, 457
his qui male conscii sunt sibi? aut quo non impellit aliquos vanitas &

jactantia? Sic, de faſtu eorum qui *Honores academicos* ambiunt, ad ſe relatum fuiſſe, Clemens hujus nominis quintus Pontifex Rom. teſtatur, in tantum, ut de remedio accidendorum ſumtuum cogitare permotus fuerit, in *Clem. 2. de Magiſtris:* Eædem cogitationes ſubierunt quosdam Imperii Principes, quantum ad Magiſterium artificum, prout *jam ſup.*
458 diximus. Non ſolum enim, ut exempli ſaltem loco aliquid adducamus, *articulum tertium* ſtatutorum Fabrilium, qui eſt de Sumtibus magiſterialibus, non ita dudum reſcripſit & taxavit Sereniſſimus, *d. 28. Jan. 1680.* Verum, quoties querelæ ſingulorum deferuntur, Magiſtratus ex bono & æquo æſtimare jubetur. Ita in cauſa Chriſtiani Dechands/ Lanii *d. 20. Aug. 1680.* & in cauſa Gottfr. Werners, Calcararii ☿ *1. Aug. 1677. verb.* dem Schmied- und Schlöſſer-Handwerck ufferlegen/ daß ſie ihn in ihre Zunfft/ wo nicht gar ohne Entgelt/ jedoch gegen Erlegung eines billichen und erſchwinglichen Quanti, welches Ihr/ der Rath/ ex æ-
459 quo & bono arbitriren ſollet ꝛc. Sed tantopere hi proventus Opificibus cordi ſunt, ut *citius* artis *ſpecimina* quam hanc *pecuniam* remittant. Sic filiis Magiſtrorum ad pleraque Collegia citra ſpeciminum editionem patet acceſſus, pecunia tamen vix ullibi ultra medietatem *remittitur.* Hinc quamvis Chriſtian Hummel/ Junior, a pecuniaria quoque præſtatione ſe conaretur eximere, & Collegii Piſtorum adverſus ſe prætenſionem, una cum Patre ſuo, novitatis argueret, tanquam ſtatutis & obſervantiæ contrarietur. Provocatum tamen a Collegio fuit, *tum ad* antiquiora Senatus Decreta, ſed tempore famoſæ illius a Cæſareanis perpeſſæ exſpoliationis deperdita, *tum ad* exempla plerorumque Contribulium, qui ſedecim plus minusve ſolviſſent florenos. Illud quoque
460 quæſitum: *Utrum* Collegium poſſit alicujus Contribulis, ob furtum forſan aut adulterium, ultimo ſupplicio affecti filium, Jura Collegii ambientem, tractare velut Extraneum, & ampliorem ab eo exigere pecuniam, das völlige Meiſter-Recht abfordern? *Negative* reſponſum a Collegio JCtorum, teſtatur Dn. Bechmann. *Exercit. exoter. ad ff. III. n. 103.* conf. Carpz. *cent. 2. Deciſ. 92.*

ANNOTATIO.

461 * *Magiſtratus.* Ad hujus etiam arbitrium provocatur in Concluſo trium Collegiorum Ratisbonæ Menſe Majo 1671. *num. XII.* ibi: Gleichwie auch mit mancher Handwercks-Geſellen verſpürten groſſen Schaden und wie genugſam bekandt iſt, daß dieſelbe zum Theil ſo wohl wegen Mach- und

Ver-

Verfertigung unterschiedlicher gantz ungebräuchlicher kostbahrer Meisterstück, als dabey excedirender unnöthiger Unkosten, in Zehrung und Mahlzeiten, so bey Verfertigung und Vorzeigung der Stücken, von denen Meistern, Führern, und theils Obrigkeiten selbsten gemacht, und verursachet werden, also solle eines jeden Orts Obrigkeit ins künfftige vor dergleichen unnützlichen Meisterstück, wo sich selbige befinden, andere gleichmäßige, und mehr nützliche verordnen, auch darauf, und nicht den Handwerckern selbst beliebige ungewisse Stücke die Meisterschafft ertheilen, sodann ingleichen von besagten Obrigkeiten, vorberührte unnöthige Unkosten und Excels, durch schleunige und heilsame Poenal Verordnung moderirt, verändert, und nach billigkeit eingerichtet werden, auch dafern das Handwerck solch gemachtes neues Meisterstück, um deswillen, daß Es denen vor diesem üblich gewesenen, wiewohl unnützbahren Meisterstücken, nicht gleich ist, verwerffen wolte, alsdenn von Amts wegen vorgreiffen, und den nichts destoweniger zu der Meisterschafft, wenn Er in andere wege darzu tüchtig erfunden worden, kommen lassen; Da aber auch sonsten zwischen denen Meistern und demjenigen, welcher ein Meisterstück verfertiget, Streit und Irrung vorfiele, ob solches recht und gut gemacht seye, soll zu der Obrigkeit Willkühr stehen, solches nach Gelegenheit der Sachen eines andern Orts unInteressirten Handwercks-Censur zu untergeben, oder in andere Wege zuentscheiden, und solle derjenige, welcher an einen Ort einmahl schon das Meisterstück gemacht, und Meister worden, auch darumb aufzulegen hat, wenn er sich an einen andern Ort setzen will, daselbst an Machung eines anderwertigen Meisterstücks (es wäre denn, daß des Orts Obrigkeit aus erheblichen Ursachen ein anders nothwendig befinde) gleichfalls passiret werden.

Thes. VI.

Ex quibus hactenus dictis notetur tanquam Consectarium (1.) 462
quod *Expensæ* enumeratæ, necessariæ sint & *inevitabiles*, adeo, ut supplicibus etiam ad Sereniſſimum precibus, plenaria non facile impetretur Remiſſio: quod videl. pertineant ad conservationem totius societatis ejusque status: & quod (2.) exigua illa summa, de qua *sup. n. 433. f. h.* magis pro conservatione arcæ, zur Stärckung der Lade/ quam impertitione tituli atque juris magisterialis acceptetur. (3.) Hos, quibus ali- 463
qua exhibetur gratia, sive ea consistat in Condonatione Pecuniæ, sive Relaxatione Speciminum, sive, quod admittere jubeantur a Superiore,

Hos etiam qui minus recte, ſua quidem opinione, ſteterint in examine, communiter dicunt Magiſtros gratiæ, Gnaden-Meiſter: nim. in oppoſitionem eorum, qui ſuo quodam jure & ex juſtitia, propter ſatisfactionem legis, fuerunt admiſſi. Sumta dicendi ratione ex viſceribus ac formulis reſcriptorum, quibus Princeps exprimit, quod ex Gratia ſic diſponat. Sed cepit hoc a quibusdam accipi in contemptum; unde, ſi Princeps alia utatur phraſi, alium quoque inde formabunt ſarcaſmum
464 atque odioſum epitheton. Sic, quando reſcriptum fuerat, ut in compenſationem ſummæ tolerabilis, aliquem reciperent, Supplicanten gegen einen leidlichen Recompens einzunehmen/ poſt ſedecim annos per opprobrium ipſi objectum fuit, quod ſit ein Recompens-Meiſter: unde acerbæ injuriæ & lites inter Joh. Müller & Collegium Piſtorum, ante hos 30. annos exortæ: dum ille omnes qui hoc ipſi imputarent, infames nebulones dixit; & cum anno inſequenti in electione novi Primicerii præteritus fuiſſet, Commiſſionem impetravit, coram qua tamen cauſa non potuit componi.

ANNOTATIO.

465 * *Summa*. Quorſum ſpectat Magiſtris ſolvenda pecunia vulgo der Quartal Groſchen. De quo extant Statuta Collegii Piſtorum Franckenhuſanorum confirmata a Comite Schwarzburgico Albrechto Antonio de anno 1663. *Artic. VII.* ibi: Soll ein ieder Meiſter, der in ſolcher Innung iſt, alle Quartal einen Groſchen zu der Brüderſchafft geben, und kein Meiſter auſſenbleiben, ſondern iederzeit gehorſamlich erſcheinen, und was ſträfflich iſt, vermöge dieſer Innung rechtfertigen helffen; Welcher aber ohne Ehehafft und Entſchuldigung beym Handwerck ungehorſamlich auſſenbleibet, oder ohne Gunſt davon gehet, der ſoll dem Handwerck einen Orth eines Gülden zur Buſſe erlegen, und ſolches, ſo offt er ungehorſam befunden wird.

CAPUT XI.

De Magiſterio inter Opifices. Von der Meiſterſchafft.

Con-

Conspectus.

Status magisterii explicatur n. 466. & seqq.
Contumacibus & refractariis opificibus officium pietatis in efferendo ad sepulcrum non exhibetur. n. 473.
Opifex an possit in Senatum legi n. 474.
Magisterium non est dicenda dignitas aut honor vel existimatio n. 475.
Neque munus aut officium n. 477. 478.
Neque consortium n. 479.
Est inter ipsos Collegii Magistros quædam prærogativa n. 480.
An magisterium recte vocetur character atque axioma quoddam a magistris collatum n. 481. & seqq.
Character Magisterialis non detrahit aliquid honori civico n. 488.
Præcedentia Opificis Senatoris, præ advocato Curiæ n. 488.
Non prohibetur quis in duobus Collegiis vel locis opificium suum exercere n. 495.

Thes. I.

Superiores præstationes pertinent ad officium Candidati; Supereſt, de 466
Officio Collegii videamus: quod versatur partim circa specimina adprobanda, partim circa personam illius qualificandam; dum videl. dignum eum qui petitis potiatur, judicat, in consortium suum recipit, eandem cum cœteris sodalibus existimationem ac licentiam attribuit; idque manuum porrectione contestantur omnes, atque comite gratulatione declarant. Et hæc est via ad Magisterium pertingendi, hic *modus* 467
fiendi. Sequitur nunc *ratio essendi*; seu nova personæ conditio, forma & qualitas rei perfectæ; In quonam consistat Magisterium, aut quis sit Magister? quod apparebit, quando prius examinaverimus, Utrum Status, an Dignitas, Honor, Munus an Character aut Axioma, An Consortium aut Licentia Faciendi, Omittendi Prohibendive, An vero nuda Habitudo, seu quævis alia conditio, qualitas aut existimatio sit; *Status* 468
nomen, *generali* acceptione, naturam & conditionem alicujus significat, sive res sit, sive persona. Ita enim *statum obligationis* Papinianus in *l. 9. §. 1. ff. de Duob. reis*, dixit, eumque mutari posse conventione, negavit; & Callistratus in *l. 5. §. 1. ff. de extraord. cogn.* Existimationem illæsæ dignitatis statum definit. Et eam quidem conditionem, in qua res est, cum ad suam perfectionem venit; quando eum attingit gradum, quem in genere suo consequi potest: unde status alias significat Caput causæ, seu principalis

469 lis quæſtionis, juris vel facti, ad quem reliqua ſunt referenda. *Specialiter* autem ad homines ſeu perſonas applicatur, ibique accipitur pro conditione in qua vivunt homines, alius alio jure atque ordine: atque itidem quidem talem ſignificat qualitatem ejusque gradum, quo quis plurimum poteſt: Unde *Statum Ætatis* dicimus, pro Stata ac firmata ætate, nim. annorum viginti quinque, quæ Græcis ἀκμὴ vocatur, & ideo ſtatus dicitur, quoniam ſit creſcendi finis; quamobrem & perfecta, plena, integra, in libris Juris dicitur, *l. 77. §. 14. ff. de Leg. 2. ibique* Go-
470 otofr. Ex mente enim Hippocratis apud Galenum *V. aphoriſm. 9.* ætas illa finis pubertatis eſt, & cum legibus quoque Romanis tunc Cura eximatur, legitimus ſtatus dicitur, in *l. 5. C. quand. dies leg. ced.* Hoc ſenſu poſito, non vetare quidquam puto, *Magiſterium* quoque *Opificiarium* eſſe dicive poſſe *Statum*, talem nim. Opificis conditionem, in qua ſe habet, quando artificium ſuum, ex Judicio Peritorum, ad gradum perfectionis usque imbibit, cœterisque ſui ordinis æqualis factus. Nam, ſi
471 quid poſtea peritiæ adjecerit, ad excellentiam pertinet, ſicut ætas major παρακμὴ dicitur, & opera ſupererogationis reputabuntur, vid. Cujac. *ad rubr. ff. de Minor.* Aliter tamen adhuc Status, & quidem *in Jure* Rom. pro Conditione perſonarum civili; tum publica, Dignitatis & Honorum, *d. l. 5. ff. de extraord. cognit.* tum privata, Libertatis, Civitatis & Familiæ accipitur in *l. f. ff. de Cap. min.* Quin ſpecialiſſime, in ea conſideratione, qua ingenuus quis eſt aut libertinus vel plane ſervus. Unde Inſtrumenta ſtatus, in *l 8. §. 1. ff. quod met. cauſ.* dicuntur, quibus libertas vel ingenuitas docetur: Quo ſenſu Magiſterium hoc opificia-
472 rium Statum dicere nolim. Quoniam *ſupra n. 88.* dictum, ad Magiſtratum haud pertinere, civem aliquem ſive Opificem ſive Mercatorem; & inter Opifices, Magiſtrum an Optionem; quin ex Magiſtris, Collegiatos eſſe vel non eſſe, cum opifex Non-Magiſter, poſſit operari vi juris atque conditionis civilis, Auff ſein erlangtes Bürger-Recht arbeiten; ſicut Reſcripto Ducali in cauſa Andreæ Zſchauels contra Collegium Figulorum *d. 20. Maji 1656.* continetur. Cum tamen nemo civis Romanus eſſe poſſit, quin Statum jam, h. e. Libertatem habeat; imo Civitas Romana, portio poteſtativa ſtatus eſt.

ANNOTATIONES.

472 * *Officio Collegii.* Ad officium Collegii erga Magiſtros pertinent etiam opera *Pietatis*; Quod ſcilicet in exequias ire debeant reliqui confratres defuncti

functi Magistri, & ultimum hoc ipsi honoris & pietatis officium exhibere: Quod tamen contumacibus & refractariis, qui non bene cum Collegio steterunt, non exhibent. Vti habet Crahmer-Innung zu Zeitz *Artic. IX.* ibi: Wenn aber ein Bruder oder Schwester oder eines derselben Kinder verstirbet, und ist der Innung mit dem Pfeffer-Gelde verhafftet, und will derowegen niemand der Ihrigen zu gütlicher Contentirung sich bequemen, sondern thun sich vielmehr hierunter ohne Ursach wiederspenstig erweisen, dessen Leiche sollen die Innungs-Brüder weder zu Grabe tragen, noch sonsten zu begleiten schuldig seyn.

Dignitas. Vnde quæritur; Opifex an possit in Senatum legi? Certe 474
juxta Statuta Lubecensia, Opifices & artem manuariam exercentes in Senatum non sunt legendi, si aliorum copia haberi possit, prout sunt verba. *Lib. I. Tit. I. art. 1.* Es soll niemand zu Lübeck in den Rath gekohren werden, welcher Ampt oder Lehen von Rath hat. Siquidem per vocabulum Ampt, juxta stylum illarum Civitatum maritimarum, nihil aliud denotatur, quam opificium, teste Mev. ad *Jus Lubec. d. t. n. 2.* Rationem hujus Statuti politicam allegat Mev. *l. cit. n. 5.* dum ait: *Respicit hoc Statutum consilii sinceritatem, quæ major præsumitur, cum consilio intersunt, qui nullo beneficio Senatui sunt devincti, ut ex consilio nec metuere, nec sperare quidquam opus habeant; Hoc enim Reip. interest, consilia & judicia sine suspicione procedere.* Quæ quidem ratio licet satis recte se habeat, & ad formam *Civitatum Imperialium* sit accommodata, cum enim hæ de ipso regimine & superioritate territoriali participent, adeoque summa & Principibus æqualis in consulendo & statuendo habeatur potestas, utique cautius in eligendis personis erit procedendum, a quarum nutu & consilio tota Ratio Status Civici dependere debeat; Vt hinc rectius peritioribus rerum cura sit committenda, quam imperitioribus, plus sæpe natura & pertinacia valituris, quam prudenti doctrinæ judicio. At tanta præcautione circa Ordinem *Senatus Municipalis* non erit opus, cum enim hic Ordo plerunque jurisdictionalia tantum tractet, vel si qua in politicis habeat disponendi licentiam; attamen politiam tantum municipalem respiciat, quæ sæpius magis ex observantia antiqua & privilegiis a Superiori concessis æstimatur, quam ex aliis arcanis doctrinæ politicæ; Ideo rationem supradictam ad Civitates Municipales, non æque accommodam esse, arbitror, maxime, cum tales Civitates sint sub cura, inspectione & directione sui Principis territorialis, & si qua corruptela judiciorum emergat, facilius corrigi possit, & Status publicus a corruptione conservari.

Imo utile ſæpius eſſe, putamus, Opifices ad cauſas Sennatorias adhiberi, cum pleræque controverſiæ, quæ in Senatu Oppidano occurrunt, jura Opificum ſoleant concernere, aut certe tales res, quarum cura & cognitio ex peritia artificum aut œconomica dependet, ut in talibus cauſis frequenter plus valeat naturalis experientia, longo rerum uſu & conſuetudine firmata, quam ſubtilis jurium altiorum diſputatio, pluribus quandoque præjudiciis humanæ diſſenſionis, quam documentis probatoriis fundata. Atque hinc admiſſionem Opificum ad Senatorium Collegium ex rationibus politicis commendat Keller Tr. de Offic. Jurid. Polit. Lib. II. cap. 17. ubi ex Anti-Machiavello L. 3. theor. 22. ſequentia addit verba: *Quando vident ſubditi opifices, tantum ſibi tribui, ut etiam in partem Curarum & Conſiliorum vocentur, ut neceſſitates publicas conſiderent, libentius ſunt parituri, quam ſi rerum nullam habentes notitiam urgeantur.* Vnde quoque perpetua praxi, in inferioribus maxime Civitatibus obſervari deprehendimus, Opifices omnino inter numerum Senatorum Municipalium ſimul, vel aliquando ſolos, exiſtere, qui tamen judiciorum ordinem ſoleant per ſcribam civitatis, Stadt Schreiber juris peritum tractare. Atque huc ſpectant Statuta Erfurtenſia de anno 1510. ibi: Aus obgenanten Viertel und Handwercken hat man bishero Raths-Perſonen gewehlet, ſoll noch alſo ſeyn, und mögen aus den kleinen Handwercken auch Raths-Perſonen, wo anders verſtändige geſchickte Leute unter Ihnen ſind, und darzu tüglich angeſehen, in Rath erwehlet und gezogen werden.

THES. II.

475 Sed neque Dignitatem neque Honorem, Magiſterium hocce opificiarium dixerim. Nam DIGNITAS honor eſt, alicui propter merita ſpecialiter Principis vel Legis beneficio impenſus. Br. in *l. 1. C. de Dignit. Lib. 12.* & HONOR eſt prærogativa quædam, ex vitæ morumque probitate, & quandoque ex fortuna cauſata, qua quis a reliquis perſonis, ſimplicibusque plebejis diſtinguitur. Sebaſt. Medic. *in Tract. de definit. part. 2.* Quinimo, Honor pro Dignitate, apud Gajum in *l. 42. ff. de Don. int. v. & ux.* accipitur. At vero, Opifices ipſi viles inter perſonas habentur, atque ad Dignitates adſpirare prohibentur, admiſſi autem repelluntur. *per l. 6. C. d. t.* Eadem ratione quoque EXISTIMATIO eſſe ne-
476 quit; quia hæc eſt ſtatus dignitatis illæſæ, *l. 5. §. 1. ff. de extraord. cogn.* Unde, cum Magiſterium non ſit Dignitas, non erit quoque ſtatus ejusdem illæſus. *Non obſtante*, quod a Majoritate Magiſterium dicatur, quod

quod prælati sint Magistri reliquis Optionibus, & digni sint judicati hoc statu, neque parum honoris a suis sibi tribui curent, ab Exteris autem Honestorum titulo der Erbaren und Ehrsamen/salutari gestiant. Quoniam (1.) a Comparatis, a Verbo ad Verbale, non valet consequentia, (2.) omnia illa solum ad Illorum similes, seu homines sui generis suæque conditionis referuntur, neque Majoritas illa, Collegium excedit aut Opificium, nedum ut ad alios pertingat cives, aut ad civitatem extendatur. An ve-477
ro non MUNUS erit? hoc enim interdum aliud nihil est, quam Officium, & hominis quidem privati. *l. 239. §. 3. ff. de V. S.* quandoque sine titulo dignitatis subeundum. *l. 14. §. 1. de Mun. & hon.* quorsum refertur & Hospitatura. *l. 3. §. 14. ff. eod.* cur non E. & Artes Opificiariæ? quarum in Rep. æque necessaria est professio; & obligatos esse Opifices, desiderantibus operas suas locare, perinde ut Hospes peregrinantibus diversorium præbere, *inferius* patebit. Enimvero, Nullam inter Opificia & Munera comparationem esse existimamus: quum *posteriora hæc* (1.) *consistant in* administratione rei alicujus publicæ, (2.) cum sumtu, quam (3.) necessario subimus, Lege aut Magistratu jubente, unde (4.) utilitas redundat in singulos universosque cives. Ast, Opificium478
atque Officium distare, *alibi* ostenditur. Neque tam de Opificio, quam *Magisterio*, quod inter Opifices obtinet, sermo est; quod *neque* Munus, *neque* publicum aut privatum: *Neque* consistit in administratione publicæ alicujus rei; sed Elaboratione operum ad opificium suum, & usum aliorum domesticum pertinentium, peragenda secundum leges artis suæ, in gratiam quidem ejus qui faciendum opus locavit, in utilitatem tamen familiarem operantis: nullo Superioris aut legis jussu, sed necessitate œconomica & fame sua urgente; Nullo suo sumtu, quem non dominus operis secundum justitiam commutativam rependat, vel prænumeraverit. Neutiquam tamen & CONSORTIUM cum cœteris videl.479
Contribulibus, dici potest Magisterium nostrum; cum hoc illud præcedat: quem enim Magistrum jam declararunt, hunc & in Collegium adsciscunt: aut, si concomitantur, *Causam* dico *sine qua non* volunt Contribules exerceri Magisterium ejusque jura, nisi ab eo qui sit in Collegio. Unde & pro contestanda intentione, Consortium istud continuandi, necessum habet, in conventibus invitatos comparere, symbolum consvetum contribuere. Equidem *in Academiis quibusdam*, quem Facultas Philosophica creat Magistrum, hoc ipso agnoscit ut membrum: sed nec ubique contingit, nec si fieret, ex se connexa forent, nedum eadem.

ANNOTATIO.

480 * *Dignitatem.* Est tamen inter ipsos quoque Collegii Magistros, quædam *prærogativa* jurium non tantum ex ordine receptionis aut collati inter cæteros officii v. g. senioratus, dependens, sed etiam ex ipsa fundatione Collegii, unde quoque jura quædam propria atque peculiaria sibi quisque vindicat. Ita est, quod alii Verleger alii simplices Fabricanten appellantur, quorum inter se respectu Manufacturæ diversa sunt jura. Exemplum exhibet Fürstl. Sächsische Weymarische Strumpffwürcker-Ordnung de anno 1713. *Artic. VI.* ibi: Nachdem ferner zur Conservation einer Fabrique vornehmlich nöthig, daß gute Ordnung erhalten, und so wohl auff diejenigen Personen, die die Waaren vertreiben, und andern die Kosten zur Fertigung suppeditiren, als die, so sie fertigen, und auff anderer ihren Vorschuß arbeiten, gesehen werde; So soll zuvorderst der Unterscheid unter denen Verlegern und blossen Fabricanten genau beobachtet, und jenen zwar, wenn es ihre Convenienz zuläßet, als Meistern mit zu arbeiten erlaubet, diesen hingegen der Vertreib- und Verhandlung der Waaren, so wohl eintzeln, als in gantzen durchaus verboten, und an niemand als an die Verleger etwas zu verhandeln, nachgelassen seyn. Es wäre denn, daß die Verlegere die Waaren nicht behalten wolten, welchen Falls einem ieden, nach vorher gehender Erkäntniß der Ober-Aeltisten, das Seinige anderwerts zu verhandeln frey bleibet, oder daß ein oder der andere, so die Profession richtig gelernet, vor sich von Messen zu Messen 30. biß 40. Dutzend Manns-Strümpfe auffbringen können, damit möchte er zwar auff die Messen ziehen, iedoch in Lande umbher, und ausserordentlichen Messen, bey Straffe 50. Thaler und Verlust aller Waaren, keine Handlung treiben, noch das geringste von Strümpfen verhausiren oder sonst vereintzeln.

THES. III.

481 CHARACTER Idea est, & expressa ex alio forma; sive Notæ rei cujuspiam impressa; ut in Cera fit, vel alio quodam corpore, gemma videlicet in annulo: quo sensu Ulpianus in *l. 22. §. 5. ff. qui test. fac. poss.* dum tamen, inquit, habuerit χαρακτῆρα; & Cicero *in Bruto* ait: Sed in omni re difficillimum est, formam, quod χαρακτὴρ Græce dicitur, exponere optimi. Quanquam & vestigium illud, quod post impressionem, aut actu transeunte residet, Effigies seu figura alicujus signi-

fica

cativa, Character dicetur; unde per Tropum *Sermo character animi* udit. Simili sensu & Dignitas illa, seu Amplitudo & Majestas per ac- 482
ropter collatum Magistratum inhærens, AXIOMA vocatur; eadem tione, etiam qua commendatio quædam, & existimatio, etiam post epositum officium supereſt, idem nomen retinet. Rationem hanc secuti *Doctores Scholastici*, per sacrorum Ordinum, Sacerdotii seu Presbiterii collationem, characterem itidem imprimi confinxerunt: quod ubi semel successit, (dum suo modo & in sensu *supra* posito, tolerari utcunque potuit) ulterius progressi, sacro Baptismate quoque tanquam dignitate christianitatis, characterem inuri asseruerunt: atque idem demum ad Confirmationem, die Firmelung extenderunt. *Rationem* hu- 483
jus progressus posuerunt in Sacramentorum Novi Testamenti, a se præsuppositа, Pluralitate; atque trium horum, Ordinis, Baptismatis & Confirmationis affinitate, quatenus in Irreiterabilitate, tanquam suo quodam Tertio conveniant: a qua retro fuerunt argutati: Oportere igitur ea characterem aliquem sui, seu ideam, personæ impressisse, atque actu quantumcunque transeunte, vestigium seu signum de se reliquisse; cujus superstes præsentia repetitionem impediat, seu, non esse necessariam indicet. Idem in gradibus Academicis statuere, atque ad Magisterium Opificiarium transferre quid vetat? Sed, ostensum fuit a Ga- 484
briele & Scoto; *Illationem hanc minime stringere*: Partim ideo, *quia* de Initerabilitate constet aliunde, scil. ex institutione divina, per quam ista Iteratio non fuerit ordinata: Partim, *quia* minus evidens sit character ipse, quam Initerabilitas Baptismi; Cum initerabilitas ab institutionis Baptismi tempore fuerit certa; character vero nec hodie quidem evidenter certus sit. vid. Dn. Ziegler *ad Lancell. inst. Lib. 2. Tit. 2. §. 4. verb. Iterari non possent. pag. 304.* Igitur argumentum a minus evidenti, ad majus evidens inde probandum, est insufficiens.

Quidquid autem hujus sit, ipsam characterreitatem, ut sic dicam, 485
negat Dn. Zieglerus ibidem; frustraneus igitur erit, eidem de repetibilitate, superstructus sermo; Non entis enim nullæ sunt qualitates. Negato autem hoc, *corruit* ex se ipso tota controversia, An & Quod Magisterium Opificiarium sit character, aut, *An creatio Magistri characterem imprimat?* Ratio ejus est, quia Collegia reale nihil in Candidatos conferunt; nisi *Facultatem* aliquam *moralem* tribui velis, h. e. Licentiam omnia ea faciendi, quæ ad suum pertinent Opificium; *in* cujus *exercitio* ipsi non ita velint *impedire* Contribules, sicuti cæteros quidem

486 qui non ſunt de Collegio, vel plane etiam Non de Opificio. Cum enim ex naturali æquitate permittendus eſſet unus quisque, efficere atque exercere id, quod ex ſe vel aliunde didicit: At vero, ex rationibus civilibus, ad confuſionem profeſſionum & alia inconvenientia in civitate præcavenda, res hæc ad *Collegia* reſtricta, iisque *jus* aliquod *prohibendi* conceſſum eſt, quo etiam uti pro lubitu ac non-uti poſſunt, prout e re ſua eſſe viderint, & prout Alii cum ipſis deſuper convenerint. Conveniunt autem utique Candidati, ſubmiſſione ſua impetrando, ut Jus illud adverſus ſe, Collegium non exerat ſed retrahat: Sicque *Naturalis* illa *Facultas*, qua de nunc ſermo, *in Candidatis reviviſcit*, ſeu, ex facto
487 jus evadit. Atque in hoc paſſu nihil diverſum a *Servitutibus* contingit; Quæ *materialiter* ex facto conſiſtunt, cui Licentia, ſeu jus libere (& abſque metu contradictionis, ſeu æmulationis a Domino Fundi,) agendi, quovis modo quæſita, tanquam *formale* ſupervenit. Quam minime autem is, qui Servum libertati reddit, hanc de novo ex nihilo quaſi creatam, aut ex materia prima conflatam dediſſe, hocque actu characterem impreſſiſſe dici poteſt; quoniam obſtaculum ſaltem, quod ex Jure Gent. aderat, removit, ut Natura rurſus poſſet operari: Tam non recte quoque Collegium realem facultatem noviter abs ſe productam, & cum ea characterem impreſſiſſe dicendum eſt.

ANNOTATIO.

488 * *Character.* Nec tamen ille character magiſterialis detrahit aliquid honoti civico obtento. Vnde Opifex, Senator in Vrbe factus, advocatos, qui eodem loco cives & incolæ ſunt, præcedit; niſi per conſuetudinem contrarium doceri queat. Vti reſpondit Facultas Juridica Wittebergenſis ad interrogationem Conradi Sinceri zu Seegensberg Menſe Septembr. 1696. referente Bergero *Part. I. Reſponſ. 180.* in ſequentibus formalibus. Iſt von dem Rath einer gewiſſen Stadt Sempronius, ſo der älteſte Advocatus immatriculatus daſelbſt, hiernechſt unterſchiedener von Adel Gerichtshalter und denenſelben ſonſt a conſiliis, zum Stadt und Gerichts-Schreiber beſtellet, ſowohl darauff Sutorius, welcher anfänglich nur ein geringes Handwerck erlernet, nachgehends aber einen Crahm und Handel ſich zugeleget, und zeithero davon profeſſion gemachet, in ſelbiges Collegium als ein Raths-Freund auffgenommen worden. Als nun ermeldter Sutorius über jenen der præcedenz ſich anzumaſſen gemeinet, will hierüber, ob deſſelben Intention dießfalls gegründet, Zweiffel entſtehen, nach mehrern Inhalt eures

Uns

Uns zugeschickten Berichts. Ob nun wohl eines Advocaten Profession in denen gemeinen Keyserlichen Rechten werth geachtet, und mit unterschiedlichen stattlichen Privilegien und Freyheiten versehen wird, also es das Ansehen gewinnen will, daß Sempronio solche ebenfalls nicht zu entziehen; Hiernechst ermeldter Sempronius, ungeachtet er ein geringeres Ampt nachgehends übernommen, jedennoch das Exercitium angeregter Advocatur behalten. Demnach vermöge bekanter Rechte, derer berührten Advocaten anhängigen Privilegien sich keinesweges verlustig gemachet, sondern derselben allerdings sich noch zu erfreuen; Dennoch aber und dieweil Sutorius, als er in den Raths-Stuhl des Orts, als ein Rathsherr gebührend auff- und angenommen, auch dazu bestätiget worden, pro membro Civitatis regente, hingegen Sempronius, ungeachtet er Advocat daselbst, auch sonst Gerichts- und andere Consulenten-Bestallung hat, ordentlich vor einen, unter selbiger Obrigkeit Jurisdiction gehörigen Bürger oder Einwohner zu achten; Wie denn bey obiger Bewandniß nicht so wohl auff gedachten Sutorii Professi-n, als vielmehr desselben führendes öffentliches Ampt das Absehen zu richten, da in Gegentheil ermeldter Sempronius durch die Immatriculirung allein Sich ad praxin habilitiret, und die Freyheit öffentlich zu practiciren, keinesweges aber ein öffentliches Ampt, welches dem Sutorio vorzuziehen, oder gleich zu achten, überkommen, gestalt auch, was in denen gemeinen Keyserlichen Rechten, von denen Advocaten, derer Immunitæten und Freyheiten geordnet, vornehmlich von denenjenigen, so ordinarii und intra numerum sind, zu verstehen. So erscheinet dannenhero so viel, daß Sutorio vor Sempronio die Præcedenz gehörig, es wäre denn durch eine beständige Gewohnheit des Orts hergebracht, daß denen daselbst befindlichen Advocatis ohne Unterschied, der Vorgang vor denen Rathsherren zuständig; Auff solchen Fall ist derselbe erwehnten Sempronio, iedoch nur ausser dem Raths-Stuhl, ebenfalls zu lassen, V. R. W.

Thes. IV.

Neque obstat, quæ allegari posset, Gradus Magisterialis Irreiterabilit-is, ad evincendam Characteris naturam aut Veritatem; dum v. g. non liceat nisi semel in unaquaque Facultate assumere gradum. Quia sic petitur id quod est in principio, probatur obscurum per incertum. Irreiterabilitas non evenit ex Natura Gradus, & Nota ejus residua, sed Juramento in promotione præstito: Ex quo ipso contrariam Repetendi licen- 489

licentiam inferimus ; Nisi enim vel tacite eam Promotor possibilem li-
citamve crederet atque fateretur, frustra eam ejerare Candidatos in-
490duceret ; committiturque adeo sic Fallacia falsæ causæ. Sic, inter opi-
fices quotidiana est hæc Reiteratio ; ut non solum *Extraneus* Magister
aliquo commigrans, promotionem ut ita loquar, ibi reiterare necessum
habeat, quo de exsertim caverant quondam Fabri nostrates, *statutorum
suorum art. 8.* Trüge sichs zu/ daß einer unter diesen obenwehnten Hand-
wercken Meister werden wolte/ der zuvor in einer andern Stadt Meister
gewesen wäre/ der sol eben wie obgedacht/ sein Meister-Recht mit 16. Gül-
491den erarnen/ und zuvor seine Kundschafft ꝛc. Verum *qui ex Collegiatis*
etiam aliquamdiu abfuit, & medio tempore focum alibi instruxit *Re-
versus*, pristinum jus renovare cogatur : conf. *infr.* apud eosdem Fa-
bros, *art. 9.* Würde sichs auch zutragen / daß ein Meister aus un-
sern Handwercken einem/ aus der Stadt zöge / an einem andern Ort sich
nieder liesse/ und daselbst Feuer und Rauch hielte/ sich hernachmahls wie-
der zu uns wenden wolte/ der sol gleichfals sein Meister-Recht mit 16.
Gülden auffs neue gewinnen. Pistores Contribulem Collegio *renuncian-
tem*, si intra quatuor septimanas revertatur, sub medietate sumptuum
492in locum priorem recepturos pollicentur, *art. 12.* Ut incertum fer-
me sit, Personalem an Realem ; Universalem seu indefinitam, an Lo-
calem, seu certo loco alligatam esse hancce qualitatem ; Nisi discrimen,
quod Alexander Papa, in *c. 1. extra de Ordinat. ab Episc. qui renunc.* inter
Dignitatem & Administrationem facit ; Illamque personalem, Hanc
vero realem constituit : Cui adstipulatur Innocentius in *c. 11. circa f. ex-
tra de Renunc.* atque explicat Joh. Baptist. Vivianus, *rational. jur. can. ad
d. c. 1.* add. Ziegl. *in Lancell. L. 1. T. 14. p. 164.* velis huc applicare, ac Do-
ctrinæ quidem attestatum, cum persona ubique circumferri posse, sed
Facultatem exercendi eam, singulis locis de novo mercandam esse, sta-
493tuere. *Inquias :* Non characterem reiterari, sed novo pacto cum di-
verso Collegio ineundo, Exercitium jurium adquiri. *Respondebitur :*
hoc modo id quod in principio est, peti, de impresso Charactere in ex-
tinguibili ; Id vero tanquam judicialiter confessum acceptari, quod de
Injurien und harten Expressionen des Leuteraten, so er Actor. num. 25. & 26. gebrauchet, hat man auch nicht können ungestrafft hingehen lassen, und sind die Unkosten, so auff diesen Procels verwandt, deßwegen compensiret worden, weil Leuterat auch in Straffe condemniret ist. Diese Motiven haben Uns folgender massen zu sententioniren bewogen. In Leuterungs-Sachen der hiesigen Schmiede-Gülde Leuteranten und Beklagten, an einem, entgegen und wieder A. F. Selbiger Gilde Alt-Meistern, Leuteraten und Klägern am andern Theile, erkennen Bürgermeister und Rath hieselbst, auff vorgehabten Rath derer Rechts-Gelahrten, vor Recht: Daß Leuteraten, alles geschehenen Einwendens ungeachtet, die Alt-Meisterschafft der Schmiede-Gülde zu restituiren, Ihm der gebührende Respect und Ehre zu lassen, und in diesem Punct keinesweges weiter zu kräncken, oder zu beeinträchtigen. Ingleichen Ihm der Schlüssel zu den Gilde-Kasten so lange in Verwahrung zu lassen sey, biß Ihm dasjenige, so er rechtmäßiger weise verschossen hat, bezahlet sey. Dero Behueff denn einige Commissarii von E. E. Rath forderſamst zu ernennen sind, welche Leuteraten abgelegte Rechnung, und die dawieder von Leuteranten angegebene Defecte zu untersuchen haben, und wird Leuteranten nochmals ernstlich anbefohlen, Leuteraten inskünfftige von denen Conventibus Collegii oder Auffweisung eines etwa vorhandenen Meister-Stücks keinesweges mehr zu excludiren und auszuschliessen, wiedrigenfalls alles dasjenige, so Sie in dergleichen Zusammenkünfften handeln oder verrichten werden, null, nichtig und ungültig seyn soll. Diejenigen aber, so dem Leuteraten am 13. Septembr. 1703. die Gülden-Lade mit Gewalt aus dem Hause genommen, sind mit 30. fl. Straffe anzusehen. Würde hiernechst Leuterat gebührend bescheinigen, gestalt den Leuteranten das simplex mandatum rechtlicher Art nach, insinuiret worden, so ergienge in puncto violati mandati arctioris, ferner was Recht wäre. In übrigen ist Leuterat, wegen der harten Anzüglichkeiten und Expressionen, deren er sich so wohl in der so genanten generali contradictione num. actor. 25. als auch in dem Protestations-Recess act. 26. gebrauchet und bedienet hat, mit 20. fl. Straffe zu belegen, und dahin anzuweisen, daß er inskünfftige bey Vermeidung härterer Straffe sich solcher anzüglichen Schrifften gäntzlich enthalten soll; Alsdenn dieselbe hiemit allerseits zu dem allen angewiesen, und dazu condemniret und vertheilet, die Unkosten aber dieses Processes, aus bewegenden Ursachen, gegen einander compensiret werden V. R. W.

584 * *Refractarius.* v. g. in solvenda mulcta opificiaria dictata. Vti extat apud Pisto-

Pistores Cizenses *Artic. XXIII.* ibi : Da ein Meister dem Handwerck Bussen schuldig wäre von Sachen herrührend, welche Sie zu straffen hätte, sollen die Für-Meister demselben binnen 14. Tagen die Zahlung zu thun, aufflegen. In Verbleibung aber gütlicher Abrichtung, Ihm das Handwerck verbieten und legen. Similiter Fabri lignarii dictæ Civitatis *Artic. VII.* disponunt : Da einer der Handwercks-Laden mit Schulden verhafftet, soll Ihme von denen Für-Meistern eine Zeit zu bezahlen angesetzet werden, und der sich ungehorsam erzeigen würde, auch der auffgelegten Straffe, so Ihme von Handwerck auffgeleget, nicht gemäß bezeigen würde, soll Ihm das Handwerck, biß er Richtigkeit getroffen hätte, geleget werden.

* Sitzen. Ad hanc desertionem, tanquam medium compellendi allegan- §. 85
di sunt Rotuli Stannariorum Cizensium *Artic. XIV.* ibi : Da einer die gesetzte Straffe zu erlegen, sich verweigern würde, derselbe soll zu der Meister-Zusammenkunfft nicht erfordert, bey Ihm umb Arbeit nicht umbgeschauet, auch gantz keine Handwercks-Gewohnheit mit Ihm gehalten werden. Und so er dann durch diese Mittel dem Handwerck sich noch wiedersetzig machte, und nicht ergeben würde, soll Ihme auff gebührendes Anhalten beym Richterlichen Ampt, das Handwerck geleget, und nicht ehe geöffnet werden, er hätte sich dann mit demselben vertragen.

* *Renunciant.* Atque hoc casu Vidua quoque renunciantis excluditur. Si- §. 86
quidem Vidua Magistri Opificiarii non admittitur ad jura & commercia Tribus, si maritus ejus vivus adhuc, Collegio renunciaverit arg. *l. pen. C. de pact.* nisi ex concessione Collegii libera ; quo tamen casu, ad onera intermedii temporis, quo maritus, renuncians, ab opificio cessavit, non obligatur, uti confirmat Sententia Scabinatus Jenensis Mense Febr. 1680. in sequentibus formalibus : Als Ihr Uns einen Bericht zugeschicket, und Unsere Rechts-Belehrung darüber gebethen. Demnach sprechen wir vor Recht ; Ist Titius ein Büchsen-Schmied, welcher doch als ein Schmied den Eisen-Handel zu führen berechtiget, im Jahr 1671. vor dem Schmiede-Handwerck erschienen, sein Handwerck und Gerechtigkeit abgetreten, und ferner gebeten, weil er nun nicht weiter zu den Handwercke gehörete, ihn mit den gewöhnlichen Oneribus, welche sonst ein Mit-Meister abzutragen pflichtig, zu verschonen, welches er auch erhalten, und ist in seiner Gegenwart, sein Nahme so wohl aus der Meister Taffel als auch Register ausgelöschet worden, und keine Onera mehr geben dürffen ; darauff er als einer, der nicht mehr zu der Zunfft gehöret, die Instrumenta

und Werck-Stelle seinen Sohn übergeben, und niemals von dem Handwerck etwas begehret, sondern bey einer andern Handthierung, als einen Apfel- und Birn-Crahm, biß an sein, nach zwey Jahren, erfolgtes Ende verblieben, und als wäre er niemals in der Zunfft gewesen, gehalten worden. Nach Verfliessung 6. Jahren aber, unterstehet sich des Titii Weib einen Eisen-Crahm anzufangen, und will sich des Zunfft-Rechts gebrauchen. Ob nun wohl eines Meisters Witbe den Crahm, so der vetstorbene Mann geführet, weiter zu führen, sonsten berechtiget; Dennoch aber und dieweil bey gegenwärtigen Fall der Mann, das Handwerck und alle dessen Gerechtigkeit selbsten freywillig auffgegeben, und nicht mehr ein Zunfftgenoß seyn wollen. So mag auch diese Witbe sich bemelten Crahms nicht anmassen. Wenn aber das Handwerck Sie aus Gutwilligkeit dazu wieder lassen wolte; So wäre dieselbe zwar alle Onera, welche Ihr Mann von 6. Jahren nicht abgetragen, indem weder Er noch Sie das Handwerck genossen, zu erstatten, nicht schuldig: Gleichwohl aber möchte Sie von neuen mit der Zunfft, sich abzufinden, sich nicht entbrechen. V. R. W.

THES. II.

587 *Tacite* jura Magisterialia amittuntur, Transmigrando, wenn einer sein Meister-Recht verzogen / quia Collegia sunt localia, adeoque ultra territorium haut extenduntur; sunt individualia, nec permittitur quis in pluribus simul esse Collegiis. Unde Reversus, tenetur jura Collegii de novo impetrare, muß die Zunfft ufs neue gewinnen. Nisi tempore discessus locum sibi reservaverit; quod tamen haut amplius ei
588 proderit, quam ut tanto liberior sit regressus, pacto reservatus. *Utrum* tamen Statum magisterialem denuo, per consveta examina & specimina impetrare sit obstrictus? *Ratio dubitandi* fuit, quod Extranei magistri, quantumcumque alibi fuerint adprobati & collegiati, ad hoc sint obstricti; *v. sup. n. 491.* &, si in loco unde discesserunt, aliquot saltim edi debeant documenta, würden nur die halben Stücken gemacht / ea teneam-
589 tur supplere. *conf. sup. n. 263.* Sed *in contrarium* fuit allegatum Argumentum ab inconvenienti & Absurdo. Quod, Aut neque hîc quoque ulla fuerint usitata, & Iniquum sit, ab hoc initium facere, ac durius quam Extraneum quemvis noviter huc advolantem tractare; Aut plus ab alio exigere, quam præstiterimus ipsi. Aut, si usitata sint, tali casu tamen eventurum sit, ut quis a suis discipulis Jus magisterii recipere tenea-

teneatur, ſi videlicet tanto abfuerit ſpacio, ut, quos habuit Tyrones, interea Magiſtri evaſerint, qui facile aliquid humani paterentur, atque ex vindicta durioris diſciplinæ quondam, quæſituri ſint ipſum confundere: Satis igitur eſſe, ipſum ad jus Collegii noviter redimendum adſtringi. Quod vero inter rationes dubitandi allegatum fuit, Ad novi- 590
ter huc accedentes pertinet, ac verum eſt de Locis ubi Specimina magiſterii nulla ſunt uſitata; tales enim ab illis, ubi ſpecimina ſunt uſitata, adhuc probari, juſtum eſt; Secus vero, ſi poſt ſpecimina ſemel edita, quis ad eadem in eodem loco edenda poſtularetur, coram his quos ipſe docuit: Quod non poteſt eſſe absque invidiæ nota. Atque ita ſervatum fuit in caſu Philip. Geilings Pannarii ☿ 7. *Auguſt. 1678.*

ANNOTATIONES.

* *Transmigrando.* Solet vero Magiſter alicujus Collegii aliorſum ſe confe- 589
rens, Litteras & Atteſtatum prioris ſui Collegii, cui interfuit, exhibere, ut eo facilius receptionem in alio loco obtinere queat, & ut conſtet de ejus vita, laudabiliter in priori domicilio transacto, atque etiam novum Collegium, quod ambit, ſatis præmuniri poſſit, non indignum vel imperitum, vel ob aliquod delictum e Collegio ejectum recipi. Et habet tale Atteſtatum ſigillo Collegii Opificiarii munitum plenam fidem & ſufficit ad legitimandam opificis talis transmigrantis perſonam. Formula ejusmodi Atteſtati ſequens exhibetur: Demnach unten geſetzten dato vor Uns Endes Unterſchriebenen Ober- und Unterhandwercks-Meiſtern eines Ehrſamen Hueff- und Waffen-Schmiedes-Handwerckes alhie in Roßla erſchienen, der Wohl-Erbare und Ehren-Geachte Meiſter Matthias Volrath Hueff- und Waffen-Schmiedt in Roßla, und vorbracht, daß er ſeines Handwercks und Verhaltens halber eines glaubwürdigen Atteſtats benöthiget wäre, mit dienſtlichen Erſuchen, Ihme damit zu willfahren. Als haben wir auch gedachten Meiſter Matthias Volrathen, auff Sein, an Uns, umb Ausfertigung eines Atteſtats geziemend Anſuchen, mit dieſen Zeugniß zu willfahren, ſo gar kein Bedencken gehabt, daß wir Uns vielmehr zu Steuer der Warheit, und Beförderung ſeiner Wohlfarth, umb Ihn aller Orten, ſonderlich in der Hoch-Gräffl. Schwartzb. Stadt Franckenhauſen, hiedurch zugleich zu recommendiren, dazu ſchuldig erachtet haben. Geſtalt denn auch deßwegen alle und jede, wes Standes und Würden die ſeyn, denen dieſes Atteſtat vorgezeiget wird, hiermit Unſer dienſtfreundliches Bitten gelanget. Sie mehrgedachten Meiſter Mat-

thias Volrathen eines gantzen Ehrsamen Handwercks, so wohl als Unsern und eigenen Wohlverhaltens halben, indem er sein Meister-Stücke ächt und recht verfertiget hat, auch als ein rechtschaffener, ehrlicher Mit-Meister, so lange solcher bey Uns sich auffgehalten, wohl auffgeführet, daß wir mit ihm sehr wohl zu frieden seyn können, alle geneigte Beförderung erweisen, und Ihm dieses Unsers glaubhafften Attestats ersprießlich geniessen lassen wollen. Welches wir umb einen jeden, nach Standes-Gebühr, in dergleichen und andern Fällen, wiederumb zu verschulden geflissen sind. Uhrkundlich haben wir Uns eigenhändig unterschrieben. Gegeben Roßla den 25. Mart. 1709.

§90 * *Reservaverit.* Quod fit, wenn er die Innung mit gehalten, & præstanda præstiterit; Vti habent Statuta Collegii Pistorum Franckenhusanæ Civitatis confirmata de anno 1663. *num. V.* ibi: Zum fünfften wenn ein Meister alhier aus der Stadt ziehet, Jahr und Tag anders wo wohnen würde, und sich wiederumb anhero begeben wolte, der soll das Handwerck von neuen kauffen, er hätte denn nichts weniger die Innung mit gehalten, und seinen Quartal Groschen jederzeit erleget, auff welchen Fall er sein Handwerck, nicht aber das Bürger-Recht behält, welches er von neuen zu kauffen verpflichtet seyn soll.

THES. III.

§91 *Statum* suum aliquando mentiuntur, aut mollius dicendo, *occultant* Magistri, vel *ex necessitate* arque indigentia tam subjecti quam objecti, dum vel Conductores ac Dominos nullos nanciscuntur, daß man bey ihnen nicht arbeiten lässt/ kriegen keine Kundten / vel necessariis destituuntur adminiculis, desunt subsidia, haben den Verlag nicht/ das Handwerck vor sich zu treiben und auf'n Kauff zu arbeiten. Tunc enim Habitu Magisteriali deposito, sub schemate Sociorum tantisper operantur, donec lætior rerum facies adpareat. Regulariter enim haud admittitur, ut Bini ejusdem opificii Magistri, ut tales, in eadem officina simul operentur: Nec facile etiam, ut alter eorum vicem Socii seu boethi subeat; ad varias nimirum fraudes præcavendas.

THES. IV.

§92 Vel *ex voluntate*, & malo quidem proposito, dum variæ Legi quæruntur *fraudes*, v. g. (1.) Societas inter utrumque (quæ cæteroquin Magistrum inter & suos adjuvas, est interdicta.) Sic enim apud Coriarios,

rios, Statutorum ſuorum *Art. 6. §. ult.* cautum: Es ſoll auch kein Meiſter mit ſeinem Knechte weder Uſkauff oder Geſellſchafft-Arbeit haben/ oder uf halben Theil arbeiten/ die Buſe 2. Güld. E. nec ſi quis Magiſter Socii perſonam ſumſerit: id quod Statutis Fabrorum antiquis *Art. 9.* diſpoſitum, *verbis*: Und ob wol er/ (der ſein Meiſter-Recht einmal verzogen) alſo denn bey einem Meiſter für einen Geſellen arbeiten wolte/ ſolt man doch Achtung darauff geben/ daß unter ſolchem Schein nicht ein Betrug mit unterlauffe. (2.) Alia deinde *fraus* quæritur, aut certe inferetur Hoſpitalitati; quando, qui Magiſter jam eſſet, peregrinatione inſtituta, Boëthum ſe mentiretur, ad hoc ſc. ut liberali a cœteris Sociis excipiatur hoſpitio, daß die iedes Orths in Arbeit ſtehende Geſellen Ihn ausſchencken müſten: Non parum enim ita moleſtus illis futurus erat; quippe ſatis a ſuæ conditionis hominibus jam tum gravatis. Quam querelam Cultrariorum Fabrorum Socii aliquot, Argentorato huc adpulſi, ante aliquot annos emiſerant, adverſus N. Buntlauen, quem Magiſtrum fuiſſe hîc comperibant, qui tamen iſthic ſub forma Socii operatus fuerat: Tanquam Munerationem illam, ſeu conſvetam inter eos ſymboli exhibitionem, cœteris Sociis honeſtis præripuerit, hab andern ehrlichen Geſellen das Geſchenck gleichſam abgeſtohlen. Porro (3.) *fraus* haud exigua quæſita fuit legibus, Tum *quoad* Securitatem Domini operis; in caſu, quo duo Magiſtri, ambo ſub ſpecie Sociorum, Alter quidem, nempe Callidior, coram Domino; Alter autem Stupidior, coram altero cum effectu mercedis minoris, fuerant operati, cum tamen inverſo plane modo res ſe habuerit; Sic, ut damno deinde contingente, incertus eſſet operis Dominus, Utrum ex illis, tanquam operis directorem convenire poſſet? qui enim Magiſtrum ſe geſſerat, Socii partes ſe ſuſtinuiſſe, nunc allegabat; Alter autem ille, qui ſub mentito Socii ſchemate negocium direxerat & mercedem Magiſtri ſumſerat, jam ſolum vertebat: unde, quo ſe verteret, Dominus operis ignorabat. Tum *quoad* autoritatem atque jura Collegii eludenda; quando Magiſtrorum aliquis ob Irregularitatem contractam, opus ſua autoritate perficiendum, in civitate conducere vetaretur; alium ſubornaret Magiſtrum, qui in ſpeciem conduceret opus, & irregularem illum Magiſtrum pro forma & dicis cauſa, ſub habitu Socii, revera tamen operis directorem adhiberet, & a quo ipſemet ut ſocius dependeret, Geſellen Lohn nehme. Quam fabulam nobis pauces abhinc annis luſit Murarius quispiam Petrus de Zölniz dictus: Cui, cum ſub Collegii ſui cenſura, verſaretur, neque

593 594 595 596

integrum esset, operas in hac urbe, suis auspiciis perficiendas conducere, stupidiori cuidam Magistro, Johanni Gollen persvasit, ut accommodaret ipsi nomen Magistri, patereturque eum in sua esse familia instar Optionis seu Adjutoris, Revera autem negocia sc. opera peragenda conducere, instar Magistri dirigere, mercedem quoque Magistro præberi solitam, præcipuam ferre ; Ipse autem Gollius, Titularis Magister, in effectu non nisi socius, ac mercede hebdomataria, Sociis solvi con-
597 sveta contentus esset. Quando igitur Cellam in Suburbio fornicandam conduxerant, opus autem non ex debito sed vitiose perfectum, ruerat, ac Mercenarium subtus segmenta purgantem Tabulatis (das Gerüst) jam remotis, oppressserat, Petrus ille autugit, Gollius autem culpam in ipsum rejecit. Quare Collegium & hunc irregularem decrevit, exercitio opificii interdicto ; Et, cum expiationem offerret atque receptionem postularet, aliter haud admissurum declaravit, nisi vero rei statu revelato. Totam igitur enarravit historiam ☿ *18. Decembr. 1678.* quod Petrus ille directionem operis & pecuniarum distributionem sibi arrogaverit. Gollius autem ea propter hoc admiserit, ut & sibi aliqualem victum quæreret : cum ob simplicitatem suam nemo opus aliquod ipsi committeret.

ANNOTATIONES.

598 * *Interdicto.* Verum hic Quæritur ; An patre ejecto e Collegio, liberi ejus nihilominus gaudeant privilegiis opificum ? Quod affirmant arg. *l. 7. ff. de Senator.* ubi & is Senatoris filius dicitur, qui natus vel saltem conceptus fuerit, antequam pater ordine moveretur, id quod Interpretes ad liberos Opificum adplicare solent Brunnem. ad *d. l. 7. n. 3.* Quod proinde ex *d. l. 7.* ita declarandum est, ut accipiatur de illis liberis, qui ante exclusionem patris jam nati fuerunt, siquidem his ex proprio nativitatis jure privilegia opificum, quæ patri vi Statuti competebant, quæsita sunt, ut ita delictum patris ipsis præjudicare non possit arg. *l. Sancimus 22. C. de pœn.* Add. Mev. *Part. IX. dec. 115.* Licet enim dici possit, liberos ex persona patris jurium ac Statutorum Collegii esse participes factos, & ita jura in persona patris, per remotionem ejus e Collegio extincta, non posse pervenire ad liberos arg. *l. nemo plus 54. ff. de Reg. Jur.* Verum respondetur, licet jura illa pater filio acquisiverat, attamen illa non patri, sed Collegio accepta refert, quod per sua Statuta liberis Opificum Collegiatorum talia indulsit, eaque proprio nomine, tanquam filii Opificum possident, siquidem pater causa quidem acquisitionis liberis suis extitit, acquisitio vero libe-

liberis ipso jure, ex dispositione Juris Opificiarii censetur facta, quod jus iisdem semel legitime quæsitum, non potest per delictum patris superveniens interverti, uti clarus est textus in *l. 2. §. 7. ff. de Decurion.* ibi: *nullum patris delictum innocenti filio pœna est, ideoque nec ordine decurionum aut cæteris honoribus propter ejusmodi causam prohibetur.* Nec porro obstat, quod alias in feudis delictum patris noceat liberis, cum enim hoc mediante persona patris liberis concedatur, & per ipsum in filios derivetur, ut hinc filii, non tam beneficio primi acquirentis, quam mediante persona patris, feudum accipiant, eique succedant Hart. Pistor. *Part. II. quæst. 13. n. 34. & seqq.* ideo non potest non privatio patris, obesse liberis, cum ita fundamentum successionis deficiat. At secus est in juribus Collegialibus, hæc enim liberi Opificum non jure demum successionis capiunt, sed ex jure proprio, etiam vivis adhuc parentibus, non subordinate, sed simultanee, una cum patre, atque ex persona propria exercent. Mev. *Part. IX. dec. 95.* Decisum proinde confirmat sententia Scabinorum Lipsiensium ad requisitionem der Innungs-Verwandten in der Zunfft zu Anneberg Mense Mart. 1650. in sequentibus formalibus: Als nun der Vater verstorben, will dessen Sohn H. T. so bey der Handlung erzogen, sich in die Innung begeben, auch daneben des Beneficii der Crahmer Söhne, so nur $2\frac{1}{2}$ Thaler zu geben schuldig, sich gebrauchen. Ob nun wohl sein Vater seiner Begünstigung wegen, der Innung und deren Gerechtigkeit verlustig worden; Da aber dennoch, dafür es sich ansehen lässet, berührtes Innungs-Statutum, in Ansehung der Söhne und in deren Faveur auffgerichtet worden, dahero des Vaters Begünstigung dem Sohne umb so viel destoweniger nachtheilig seyn kan ꝛc. So hat H. T. des Beneficii welches sonsten denen Crahmers Söhnen zustehet, sich zu gebrauchen, wohl Fug, und mag er demnach andern, ausser der Innung sich befindlichen Bürgers Söhnen gleich, die Gebühr der Innung zu entrichten, nicht gedrungen werden V. R. W. Add. Carpzov. *Part. III. decis. 298.* Eodem pertinet Decretum Cancellariæ Pragensis, quod adducit Ant. Faber in der Staats-Cantzelley *Part. II. Cap. 6. n. 9.* Verba sunt: Præsident, Vice-Præsident und Räthe über denen Appellationen ob den Königlichen Prager-Schloß, haben Sich im hiebey verwahrten, Ihnen umb derer Räthliches Gutachten, unterm dato den 13. April nechsthin zu decretirten, von den Magistrat der neuen Stadt Prag eingeschickten Schrifften (eine den Johann Wyhlid Schwerdtfegern zuerkandte Straffe, aber umb seiner Kinder willen begehrte Veränderung betreffend) alles Fleisses ersehen, und nach reif-

fer

ſer Erwegung befunden, weilen vermöge der Rechten, in dergleichen Fällen, die Kinder der Eltern Schuld und Beſtraffung nicht tragen, der Schwerdtfeger hierwieder angezogene Privilegia, auch eintzig auff die Deliquenten ſelbſt, und nicht dero Kinder ſich beziehen. Als wären vorgedachter Præſident, Vice-Præſident und Räthe der unvorgreifflichen Meinung, daß Sich, mit Exequirung der, dem Hanß Wyhlid zuerkanten Straffe, (deren Veränderung und Moderation Ihrer Keyſer- und Königlichen Majeſtät allein zuſtehet) nicht auffzuhalten, ſondern bey den Magiſtrat der neuen Stadt Prag, die Verordnung zu thun wäre, daß ſo fern die Zunfft der Schwerdtfeger, des Hanß Wyhlid Sohn Adam, wegen ſeines Vaters Verbrechen und Beſtraffung, in Erlernung oder Fortſetzung ſeines Handwercks verhindenlich ſeyn wolte, Er Magiſtrat, Ihn Adam Wyhlid, in billichen Schutz nehmen, und nichts wieder Rechtliches wiederfahren laſſen ſolte. Geben den 30. Jan. 1662.

CAPUT XIV.

De Turbatoribus & Proditoribus: Von Stöhrern und Frettern.

Conſpectus.

Otioſa inter opifices cognomina recenſentur n. 599.
Turbatorum nomina explicantur, uti Stöhrer/ Pfuſcher/ *n. 600.*
Item vox Bönhaſen/ Fretter *n. 602. 603. 604.*
Turbationes Opificum ſeveris Principum Conſtitutionibus ſunt interdictæ n. 605.
Num Sartores Clanculariі ſimpliciter prohibeantur veſtes in Civitatibus confecere n. 606.
Differentia Turbatorum opificialium inter ſe n. 607.
Oriuntur Turbatores aut ex Collegii Locive diverſitate n. 608.
Aut quia operando vel negotiando aliis graves ſunt n. 609.
Aut ex doctrinæ imperfectione n. 610.
Aut totali defectu n. 611.
Es in univerſum ex juris alieni uſurpatione n. 612

Hausirer *genus turbatorum inter opifices prohibentur n. 613.*
Signi alieni impositio est genus turbationis n. 614.
Quæritur ; Utrum pro Turbatoribus habendi sint patresfamilias, qui exercitii causa, vel in usum suæ familiæ aliquid elaborant n. 615. 622.
Mactationes domesticæ quatenus sint permissæ n. 618. & seqq.
Societas Collegiorum opificum non infrequens n. 623.
Societas circa tingendos colores n. 624.
Civitates turbantur per Nobiles, opificum in pagis constitutione n. 625. & seqq.
Manufactura domestica non incidit in speciem turbationis n. 634.
Prohibitio receptionis opificum intra milliare quomodo sit intelligenda n. 635.
Milliaris dimensuratio quomodo fiat in prohibendo opificio n. 636.
Quæritur de ædituis ac Ludimagistris paganis an opificia exercere possint n. 637. & seqq. Limitatio subjicitur n. 645.
Subditorum receptio ad loci genium & jus tertii quæsitum est regulanda n. 640.
Opificia in pagis item mercaturæ pagensium quatenus sint permissæ n. 646.
Braxationis ab opificiis differentia n. 647. & seqq.
Braxatio est civica professio n. 650. nec ultra usum domesticum paganis est concedenda n. 651.
Exceptis cauponibus hæreditariis n. 652.
Constitutio in hanc rem Saxonica allegatur n. 653.
Facti species Civitatis Berenburgensis cum Nobili de Trothen in puncto braxationis refertur n. 654.
Potest magistratus municipalis numerum ædium braxatoriarum ex justa causa coarctare n. 655.
Hordeum inter fruges Cerevisia manufactura civica est n. 656.
Nobilibus interdicta Constitutionibus Saxonicis n. 657.
Jus braxandi rusticis de jure communi est permissum n. 662.
Commercium lineti n. 663.
Transmutatio frugum cum agricultura nihil habet commune n. 664.
Braxatores an opificibus sint præferendi n. 666.
Coctio cerevisiæ an sit opificium n. 668.
Immunitas ab accisia cerevisiaria subditis concessa, quomodo sit interpretanda n. 672.
An etiam legitimus magister in suomet ipso artificio turbator evadere possit n. 673.
Opificium voluptatis causa exercens non est clancularius n. 676.
Pœna Opificum clandestinariorum n. 677.

Vtrum magistri clancularii sint in republica tolerandi n. 678. & seqq.
Non possunt opifices cogi, ut talem recipiant, qui apud clancularium didicit n. 694.
Forenses Opifices tenentur ad Decreta Civitatis n. 695.
Aulis Principum permissum exemtos constituere n. 696. & seqq.
Jurisdictio Opificum declaratur n. 710.
Pœna delinquentis opificis a quo irroganda sit n. 711.
Processus adversus clancularios describitur n. 712.
Magistratus imploratus contra clancularios auxilium suum denegare non debet n. 719.
Negotiatorum quoque cœtus privilegiati, jus suum adversus turbatores strenue exercent n. 720. & seqq.
Jus pignorationis Collegiis habetur concessum n. 723.

THES. I.

599 A Magistris rite creatis & in Collegia cooptatis, *differunt* iisque opponuntur tum illi, qui Magisterium nunquam, aut certe in alia arte sunt consecuti, tamen illud ejusque jura, sua sibi sumunt autoritate, ac per hoc regularibus illis & nocivi sunt, & opido invisi; ea propter *nominibus*, sed *odiosis* insigniri soliti. Nam dicuntur modo Altreissen / Böhnhasen / Fretter / Hausirer / Hosenflöche / Lästerer / Pfuscher / Stöhrer / Wehtzschelbecker / aut si quod aliud ad eorum excogitari potuit invidiam. Nos prius potissima ponderabimus Nomina, deinde Re-
600 orum Diversitatem. Ac (1.) Stöhrer a turbando, atque adeo ab effectu & operationibus suis dicuntur; quod jura, quod proventus, adeoque statum & salutem verorum opificum invadant, usurpent atque di-
601 sturbent; unde latine *Invasores*, *Usurpatores* dici possent, sed *Turbatores*, germanico nomini convenientius dicere maluimus. Deinde (2.) etiam Pfuscher dicuntur, *vel* ex eo, quod Clancularii atque Umbratiles sunt, & ob id meticulosi; non fugientes modo conspectum legitimorum magistrorum, verum diffitentes imputata, & in eorum præsentia ne mussitare quidem audentes, sed sibilo saltem voces ac susurro emurmurantes, si cum aliis loquendum aut contrahendum habeant, ne exaudiantur ac deprehendantur. *Forsan* & a conditione atque *imperfectione* sua. Notum enim est, quod capita brassicæ imperialis serotina, & ob hoc minus solida, vulgo dicantur Pfüschgen / sic, ut non serviant in usum lactucæ, nec uncta satis pingui ponantur oluscula lardo, verum sale condien-

dienda ſint, dienen nicht/ als zu Komps-Kraut/ oder in die Böckel zu ſchlagen/ ſic quoque & hi ſua ſtudia cruda adhuc in forum protrudunt. Porro (3.) odioſum *Leporum domeſticorum* acceperunt nomen, Böhn- 602
haſen/ quos non ruri aut in ſylvis, ſed in urbe, in ipſis adeo domibus, neque ibi tamen in veſtibulo vel atrio, ſed ſuperioribus domuum contignationibus, atque interioribus ædium receſſibus indagare liceat. Nam Böhn Saxonibus idem eſt, quod nobis Boden/ ab elevatione, unde etiam Bühne theatrum eſt: ac ſignificat concamerationem elevatam. Unde de homine multarum expeditionum, & cui multa commiſſa ſunt, quive ordinate ſingula gerere novit, dicunt: He moht 'nen hupen Böhn im Kopp hebben. Quoniam igitur Magiſtri collegiati Turbatoribus, non ſecus atque Venatores leporibus inhiant, eos ſcrutantur ac perſequuntur, igitur analogia quadam, actus ille quo ex permiſſione Magiſtratus, holce Turbatores inquirunt, dicitur Böhnhaſen jagen: venatio atque indago Turbatorum; non ſylveſtris, ſed cameraria. Eſt & (4.) inter nomina odioſa Fretter/ quod contractum 603
eſſe opinor ex Verräther/ *Proditores:* quo certa Turbatorum ſpecies innuitur, atque ii præprimis inſigniuntur, qui Artem atque Collegium ſuum magis impediunt atque poſtponunt quam promovent; ſeu quorum intentio atque actus eo directi deprehenduntur, ut ea quæ ad incrementum atque honorem artis pertinent, & quæ propter communitatem ac participationem quærere & promovere debebant, corrumpere, diſturbare ac deſtruere ſatagant; *In ſpecie* vero qui vel ſedem ſuam 604
in aliquo oppidulo, ubi jura collegii haberi non poſſunt, vel etiam in aliquo pago figunt, nec tamen Collegio cuidam alibi nomen dant, atque ita ſine legibus vivunt, opera & res artis ex materia vitioſa, neque ſecundum leges artis conficiunt, ac viliori pretio divendunt, ſed hoc ipſo cœteris artis ſuæ Opificibus collegiatis emtores abſtrahendo nocent: prout occurrebat in cauſa Exel contra Raben ☿ *5. Octobr. 1674.* vel denique *arcana artis emanare* ad alios ſinunt, videl. in quibus compendia ſita erant, vel operandi vel negotiandi: Unde cœteris non modicum ſubnaſcitur decrementum; quia Patresf. operas ipſis vel amplius non locant, vel viliori pretio obtrudunt.

ANNOTATIONES.

* *Nocivi.* Indeque talis turbatio Opificum ſeveris Conſtitutionibus Princi 605
pum eſt interdicta, & Magiſtratui tutela & defenſio demandata. Vti habet Fürſtliche Sächſiſche Gothaiſche Landes-Ordn. de anno 1667. *Part. II.*

cap. 3. tit. 38. sub rubrica : Von Handwercken insgemein ibi : Wir wollen, daß alle Handwercker, in Städten, Flecken und Dörffern, so von Uns bestetigte Innungen haben, darbey kräfftig geschützet und gehandhabet werden sollen, auch gäntzlich verhütet und abgestellet wissen, daß unzünfftige und Stöhrer, solchen zu Abbruch eines und des andern Orths einschleichen, und denen zünfftigen Meistern ihre Nahrung heimlich entziehen und abzwacken, sondern es soll zu deren Abschaffung einen ieden ermeldter Handwercker, auff sein Anlangen unweigerliche Handtbiethung geschehen. Doch lassen wir es, wegen etlicher nicht zünfftiger Handwercks Leute, welche nach Landes-Gebrechen Abschieden und andern beständigen Herbringen, in einen oder den andern Dorffe seyn, und denen Innwohnern zur Hauß-Nothdurfft arbeiten mögen, auch bey deren erlangten Rechte bewenden.

606 * **Böhnhasen.** Num sartores clancularii, quos Böhnhasen appellamus, simpliciter in Civitatibus vestes conficere prohibeantur ? colligi potest ex sequenti Responso.

RATIONES DUBITANDI.

DOmus Municipii vel civitatis in duplici existunt differentia, aut enim sunt privilegiatæ aut civico juri subjectæ, so zu Bürger-Recht liegen. In illis, quin conficiant vestimenta nihil obstat, cum illæ sine jussu & permissu Dominorum ingrediendi facultatem sartoribus denegent. In his vero prohibentur Statuto ; Daß kein frembder Schneider oder Böhnhase in der Stadt arbeiten darff.

Sed quia Statuta illa civica de certo numero sartorum retinendo non tantum ipsis civibus gravia & noxia sunt & publicam utilitatem lædunt, cum sartores illi, qui sciunt præter se non posse alios conduci, mercedem injustam pro operibus expetant, sed & artificium suum non satis diligenter discant, nec fideliter exerceant, non sunt servanda.

Deinde quod collegio sartorum coadunato sui ordinis gregem emittere inque ædes turmatim irruere, sub specie & prætextu falso, vim & injuriam inhabitatori inferre possint, proinde non licebit, neque permittendum erit sartoribus ut ita ædes irruant sua auctoritate.

l. exstat. 13. ff. Quod met. caus. gest. est. l. meminerint. 6. C. Unde vi. l. nullus. 14. C. de Judæis.

Majori tumultui occasionem præbeant. *l. non est singulis. 176. ff. de Reg. Jur.*

Quic-

Quietem & concordiam, quæ esse debet inter municipales, turbent.
l. 1. §. quies. ff. de Offic. Præfect. urb.

RATIONES DECIDENDI.

VErum his & ejus farinæ similibus non attentis, contrarium verius & æquius est, cum sartores oppidani non solum tributum Schoß ceu ordinarium onus ædibus antiquitus inhærens, sed & pecuniam domibus indictam Hauß-Geld solvere teneantur, & natura æquum sit commoda cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda.

l. secundum. 10. ff. de Reg. Jur.

Nec debeat alteri per alterum iniqua conditio inferri.

l. 74. ff. de Reg. Jur.

Insuper Vicinus vicino potius commodum alicujus rei dabit, qui in rebus prosperis & adversis ipsi succurrit, & majori diligentia ac validius allatam vestem conficit, quam extrancus, qui superficiarie operas suas haud fideliter præstat, nec ob damnum forte illatum, vel formam perperam factam, indemnitatem præstare vel conveniri potest. Hisce omnibus adminiculatur vis & efficacia inveteratæ consuetudinis; Denn das Ambt der Schneider hat Macht die Böhnhasen bey hellem Tage zu suchen, gefänglich anzunehmen und zu straffen, iedoch sollen die Schneider gebührliche Bescheidenheit gebrauchen, und anfänglich von denen Einwohnern der Häuser mit glimpf begehren ihnen die Böhnhasen folgen zu lassen. Da aber solches nicht geschiehet, mögen die Schneider nichts destoweniger nach alter Gewohnheit dieselben ohne Brechung Schlösser und Thüren wie gebräuchlich zu suchen, und mit sich hinweg zu nehmen, befugt seyn.

Ernest. Cothman. *Academ. Respons. 40. num. 48.*

Et hæc consuetudo moribus invaluit, quippe quæ vim legis habet.

l. de quibus. 32. §. 1. in pr. l. diuturna. 33. l. sed & ea 35. l. imo magnæ. 36. l. nam Imperator. 38. ff. de LL. §. sine scripto. 9. Inst. de Jur. nat. gent. & civil. Gœdd. *Marp. Cons. 16. num. 246. Vol. 4.*

Etiam dum quando contra legem scriptam introducta. Multa enim contra jus commune per consuetudines introduci notum est.

per *l. Prætor ait. 3. §. Divus Adrianus. ff. de Sepulchr. violat.* quod per exempla probat Gail. *I. Obs. 36. num. 2. & seq.*

Quæ utique juri communi derogant, ubi vigent.

l. de quibus. 32. §. 1. in fin. ff. de LL. §. sine scripto. 9. Inst. de Jur. nat.

nat. gent. & civ. c. cum consuetudinis. X. de Consuetud. Regner. Sixtin. *Marp. Consil. 21. num. 12. Vol. 2.*

In tantum ut consvetudo actum sua natura illicitum licitum faciat.

l. si pignore. 22. §. fin. ff. de Ædil. Edict. Roland. a Valle *Cons. 38. num. 19. Vol. 4.* Regner. Sixtin. *Marp. Cons. 16. n. 41. Vol. 2.*

Et fortior sit pacto.

Hering. *Tract. de Molendin. quæst. 22. num. 4.* Anthon. Bullæus. *Cons. 2. num. 20. p. 176.*

RESPONSIO AD RATIONES DUBITANDI.

NEque huic sententiæ officiunt rationes in contrarium adductæ, potestatem scilicet in ædes privilegiatas sartoribus irruendi denegari, hoc namque non simpliciter & absolute intelligendum; cum aut ex permissu & consensu Dominorum, aut si ex ædibus privilegiatis juri & legibus civicis non subjectis sartores clandestinos expellere prohibeantur, egredientes tamen in captivitatem deducere, atque debito modo punire possint, prout id exemplis & præjudiciis ubertim probari potest: **Denn obgleich einige Böhnhasen in befreyten Oerthern befindlich, sind doch die Schneider selbige zu suchen nicht befuget, sondern der Einwohner consens zu suchen und zu erlangen schuldig.** Quemadmodum in simili casu Wittebergenses Anno 1609. d. 17. Januarii pronunciarunt.

His & aliis similibus exemplis, quæ omnia enarrare tædiosum foret, veluti actibus frequentioribus utique docetur quid fieri consuetum sit.

Bald. ad *l. de quibus. 32. col. 4. vers. nunc veniamus. de LL.* Menoch. *de Arbitr. judic. quæst. & caus. cas. 18. n. 3.* Gail. *II. Obs. 31. num. 9.* Gœdd. *Marpurg. Cons. 57. num. 90. Vol. 4.*

Exemplis enim demonstratur, quid juri conveniat.

Innocent. *ad c. cum Apostolica. X. de His quæ fiunt a prælat.* Gœdd. *Marp. Cons. 17. num. 166. Cons. 57. num. 89. Vol. 4.*

Et legitimum sumitur exinde argumentum, quid fieri, judicarive debeat.

Bartol. in *l. nemo judex. 13. C. de Sent. & interlocut. per c. aliud item. 15. quæst. 6. clement. 1. de Probat.*

Exempla nimirum rem digito quasi ostendunt, & tactui quasi subjiciunt.

per *l. 1. ff. de Præscript. verb.* Bald. *Cons. 357. num. 4. Vol. 1.* Cravett. *Cons. 680. num. 25. vers. in universum.*

Et

Et Præjudicia ad ſimilium cauſarum deciſionem maximum telum.

l. cum conſuetudinis. ff. de Legib. Erneſt. Cothman. *Conſ. 45. num. 99. Vol. 3.*

Nec adverſatur per Statuta illa ſartorum publicam utilitatem lædi, cum potius illis conſervari conſtet, ne quippe alii ſe clanculum eorum cœtui immiſceant, bolumque e faucibus ſurripiant. Atque naturali rationi conveniens eſt, neminem locupletari cum alterius detrimento.

l. nam hoc 14. ff. de Condict. indeb. l. jure ſuccurſum eſt. 6. §. 1. ff. de Jur. dot. l. jure naturæ. 206. ff. de Reg. Jur. Erneſt. Cothmann. *Conſ. 21. num. 144. Vol. 3.*

Sed potius beneficio affici hominem hominis intereſt.

l. ſervus. 7. in fin. ff. de Serv. exportand.

Et vicinus vicino, tanquam amico noto plus concredit, quam peregrino, cujus operas ſibi non probe exploratas habet, & minime dubium eſt, quod civis a concive injuſtam pro opere mercedem expetat, quo cum quotidie in ſocietate civili vivit ; huic accedit cauſa metus, ſi quis enim plus nimium pro operis ſuis poſtulet, metuat ne eum homines in poſterum prætereant, aliosque adeant. Et hinc etiam eſt, quod quisque artificium ſatis diligenter diſcere commiſſamque rem probe & artificioſe conficere ſtudeat, ut eo melius operæ ſuæ conducentur.

Neque operoſæ refutationis indiget, quod infertur, ſub ſpecie & prætextu falſo vim & injuriam inhabitatori poſſe inferri. Cum iſto modo ſalus Reipublicæ, & concordia quæ mater benedictionis & omnis felicitatis eſt, inter cives conſervetur, & diſcordia, quæ plurimarum deplorandarum calamitatum & difficultatum genitrix, profligatur.

Erneſt. Cothmann. *Conſ. 46. num. 15. Vol. 4.*

Quid enim dulcius eſt unione ? quid ditius concordia ? quid magis optandum, quam ut hominum multitudo uno civili ſocietatis vinculo colligata, uno quoque veræ religionis affectu ſemper ſocietur, ſed cum in hac miſeriarum valle ſæpius contingat, ut plurimum diſceptationibus & altercationibus homines ſocietatem civilem vel penitus diſſolvant & peſſundent vel certe inquietent, huic malo & perniciei quin remedio unionis obvietur, neque divina & ſacra, neque prophana & humana jura prohibent, & impediunt. Denn es der Einigkeit nicht zuwieder, ſondern zu Erhaltunge guten Wohlſtandes dienlich aufgerichtet. Utpote a Facultate Juridica Academiæ Lipſienſis ad requiſitionem Roſtochienſium deciſum fuit. Ordo enim entium Magiſter.

Erneſt.

Erneſt. Cothmann. *Conſ. 47. num. 5. Vol. 3.*
Et ubi non eſt ordo ibi ſuccedit confuſio.
Bartol. Socin. in *l. 1. num. 4. ff. de Acquir. poſſeſſ.*
Unde & ordo datus a cauſa, id eſt lege, non poteſt nec debet mutari, alioquin omnia corruunt, & in nihilum rediguntur.
Nicol. Boër. *Deciſ. 259. num. 2.* Decian. *Reſp. 92. num. 30. Vol. 2.*
Ex quibus omnibus ſatis abundeque conſtat ſartores clancularios ſimpliciter in civitatibus veſtes conficere prohiberi.

THES. II.

607 Quare, ut negocium hoc tanto percipiatur rectius, ſpecierum *differentiam* videbimus, prout alia deducitur a Statu, alia ab Exercitio: ac, *prout* vel Collegia, vel etiam Jura opificum, ſive in arte propaganda, ſive rebus artis producendis, ſive in qualicumque negotiatione ad Opificium pertinente, conſiſtentia variant, *ſic* quoque Turbatores diverſi exinde cognoſcendi, nominandi, judicandive. Ac primo quidem hoc *differunt* invicem Pfuſcher *Clancularii*, a Turbatoribus Stöhrern / quod Priores a Statu magis quam Exercitio dicantur, ac *Turbatores* tum demum evadant, ubi actu ipſo perfectorum ac publicorum Magiſtrorum Jura invadunt: quamquam uſus loquendi adeo curate id non ob-
608 ſervat. Deinde utrique *ex eo cognoſcendi*, quod *vel* artem illam didicerunt unquam, & ſic ulla ratione ceperunt eſſe de opificio, daß ſie dem Handwerck / der Kunſt / dem Handel verwandt und zugethan / & vel ſaltim alterius ſunt Collegii, vel alterius Loci, nihilo tamen minus aut
609 Operando aut Negotiando alteris illis ſunt nocivi. *Priori* quidem modo, dum vel conduci ſe patiuntur, ut in illo ipſo loco operentur, laſſen ſich dort ſetzen: vel materiam iſthinc auferant, daß ſie Arbeit dort holen. *Poſteriori* autem itidem dupliciter; dum ſpecies artis venales afferunt, quas *vel publice*, ſed tempore vetito atque extra nundinas privilegiatas exponunt, eoque modo Magiſtris, locum incolentibus, graves ſunt, obruendo, daß Sie ihre Handwercks-Genoſſen überziehen / uti termino uſitato exprimunt; *conſ. infr. vel* quovis tempore *clam* oſtiatim circumferunt: atque hi poſtremi ſpeciale nomen Ambulatorum, der Hau-
610 ſirer acceperunt, de quibus ſeorſim dicere ſumſimus. *Vel*, cum artem didicerint, *Aut a ſeipſis* habent, nec oſtendere poſſunt, quod a Magiſtro probato & ex fundamento hauſerint, ſed ſunt Autodidacti, de quibus in Tyrone: eaque propter nulli Collegio incorporati, vivunt a cœteris

ris contempti: *Aut ab* aliquo ſui ſimili, vel etiam *Irregulari* atque improbato. *Aut* ſane maturius ſe ſubduxerunt doctrinæ, a Magiſtro profugerunt, & nunc ſua autoritate, nullius auſpiciis operari incipiunt; *aut* denique ſi nullum horum omnium, ſed artem rite perceperunt, Statum tamen magiſterialem nondum conſecuti, audent in conditione Sociali ea, quæ ſolis Magiſtris licent. *Vel ab* arte illa, cujus exercitium 611
arrogant ſibi, quinimo forſan a Statu atque conditione Opificum, in univerſum omni, *alieni* ſunt & plane *Extranei*, neque ullum antea ſpecimen ediderunt, ſed in ejus perſona aut rebus cui locant operas, periculum facere ſatagunt; ut, ſi Bubulci vel ſubulci calceos ſuere, pecora mactare, Chirurgiam exercere vel etiam Medicinam facere audeant; hi ab omnibus illis opificibus atque artificibus, ad quos ea pertinent, pro Turbatoribus, & quidem haud immerito habebuntur. Ut adeo 612
conſtet hinc, Naturam atque *Statum Turbatorum* & ſuæ hominum conditionis, non tam *conſiſtere* in defectu artis, quam *in* illicita ejus juriumque iſthuc pertinentium arrogatione, cum detrimento verorum Artificum conjuncta. Alioquin *ab Irregularibus*, quos diximus untüchtigen Meiſtern / neutiquam differrent; quales revera artem didicerunt, Jura quoque Collegii impetrarunt, ſed quavis ratione effecerunt, ut ab eorundem participatione ſuſpenderentur, vel etiam in totum excluderentur: quo caſu tamen, ſi ab eodem ceſſare nolint, ſed durante interdicto operari pergant, cum cœteris cenſebuntur Turbatoribus. *conf. infr.*

ANNOTATIONES.

* **Hauſirer.** Hoc ipſum turbationis genus, quod per venales res extra nundi- 613
narum tempus adpoſitas exercetur, variis non tantum Collegiorum Statutis, verum etiam Ordinationibus Provincialibus, tanquam juri Collegiorum adverſum ſevere interdicitur. Extat hac de re Chur-Fürſtl. Pfaltz des Fürſtenthums in Ober-Beyern Landes-Ordnung de anno 1599. pag. 276. ſub rubrica: Von Wahlen, Tuch und Feiltragern, auch andern ausländiſchen und frembden Crähmern. Textus: Nachdem wir befinden, daß Unſern Hinterſaſſen, Bürgern und Gewerbleuten, durch die umbſchweiffende, ausländiſche, und frembde Crähmer, die in Unſern Städten, Flecken und auff dem Lande, ihr Gewürtz, Gewand, Fell und andere Wahren, hin und wieder in die Häuſer feil tragen und haben, in mancherley Wege mancherley Abbruch entſtehet, darzu der gemeine Mann und Unterthan, durch dieſelbigen nur unnöthiglichen angewitzet, und umbs Geld gebracht wird, welches

also denen Unsrigen insgemein zu sonderbaren Beschwerden gereichet. Hierumb zu Abstellung dessen befehlen wir Unsern Ober- und Unter-Amptleuten ernstlich, daß Sie hinführo berührt einschleichen, hausiren und feil haben, gemelder fremder ausländischer Crähmer, weder in Städten, Flecken noch Dörffern, ferner nicht gestatten noch zulassen, sondern bey Verlust ihrer Waaren, verbiethen. Doch soll denenselben unverboten seyn, zu ordentlichen Wochen- und Jahr-Märckten in Unsern Städten und Flecken, alda solche gehalten, gegen Erlegung gewöhnlichen Standt-Geldes, ihre auffrichtige, und unverfälschete gute Waaren feil zu haben, und umb gebührlichen Werth zu verkauffen. Wie auch denen Schlotfegern so unserer Obrigkeit bekant, und dieß Land aufrichtiglichen gebraucht haben, ihre gute unverfälschte Waaren, iederzeit feil zu haben, unverwehret; Aber die Landfahrer, Würtz-Verfälscher, und andere frembde und unbekante Hausirer, keinesweges geduldet, noch ihnen dasselbe verstattet, sondern auser Unsern Gebiet gewiesen werden sollen.

614 * *Arrogatione.* Ad turbationes porro Magistrorum refertur signi alieni impositio, quod prohibitum. Extat hujus exemplum in der Amberg und Sultzbacher Revier Hammerwercks Ainigung de dato 1604. *Artic. XI.* sub rubrica: Daß keiner dem andern sein Zeichen auffschlagen solle. Textus: Item es soll auch kein Hammer-Meister dem andern wissentlich sein Zeichen auffschlagen, noch in sein Zeichen schlagen, weder in der Pan noch auff den Rücken, sondern ein ieder Hammer-Meister, soll das, oder die Zeichen auffschlagen, die er bishero auffgeschlagen hat, sie seynd sein eigen, oder er habe sie bestanden. Er mag Ihm auch wohl ein neues Zeichen vornehmen, das sonst niemand hat, oder auffschleget, das soll er benennen, auffschlagen und darauff schweren. Da aber einer des andern Zeichen, unwissender Ding auffschlagen, und derselbe von den Hammer-Meister, dessen Zeichen er auffgeschlagen hat, dessen mündlich oder schrifftlich erinnert würde, soll er desselben auff solche Erinnerung abstehen, und er alsdenn deshalb unsträfflich seyn. Schlüge er aber über diese Erinnerung das Zeichen auff, und verlöre das mit den Rechten, so viel er denn Eisens geschmiedet, und dasselbe Zeichen darauff geschlagen hätte, so soll er von ieden Pfund Schin, zu Poen verfallen seyn, zwölff Gülden Reinisch. die sollen gefallen, vier Uns dem Chur- und Fürsten, vier Uns den beyden Städten, und vier dem Kläger. Alsdenn mag Ihm derselbe wohl ein anders Zeichen, das sonst niemand hat und auffschläget vornehmen und darauff schweren, wäre auch, daß iemand ein altes Schmiedewerck auffbrächt,

brächt, der ſoll das Zeichen auffſchlagen, das vormahl zu demſelben Hammer iſt auffgeſchlagen worden. Oder er mag ein neues Zeichen, wie obgemeldet, auffſchlagen, das ſonſt niemand auffſchlägt, und darauff auch ſchweren, ohne Gefehrde.

Thes. III.

His conſequenter *Quæri* poſſet (1.) *Utrum* pro Turbatoribus ha 615
bendi Patresfam. qui vel exercitii cauſa, vel in ſuæ familiæ uſum aliquid elaborant, perficiunt aut mercantur? v. g. Si Literatorum aliquis libros ſuos compingat ipſe, & in eum uſum corium Pergamenum comparet ſibi? Si pulpita in muſæo ſuo, rem ad Scriniarios cœteroquin pertinentem, confecerit ipſe? Aut, ſi pecora macilenta ſaginaverit, & in uſum œconomiæ ſuæ mactari curavit? Taceo, ſi quis veſtimenta, ſi calceos ſuos ſarciverit ipſe; aut ſi quæ exempla ſimilia data fuerint: Po-
teruntne Collegiati Magiſtri hoc inhibere, vel etiam mulctare depre- 616
henſos, tanquam Turbatores? Equidem non omnes, aliqui tamen adeo ſunt invidi, ut mallent, Nemini quidquam licere, præterquam ſibi; Ac, ſi obtineri poſſibile eſſet, ut unumquemque per eos Edere, Bibere ac Dormire oporteat, & habeant monopolium & jus quoddam protimiſeos in cibo ac potu: quibus, ut tanto ſaturiores evadant, Monopolium Cloacæ impertiendum. Sic memini Lanios adverſum mactationes domeſticas noviſſime *1676. d. 8. & 20. Julii. It. 1677. d. 17. Febr. & 3. Mart.* conqueſtos fuiſſe. Quæ querela tamen non eſt nova, ſed aliquoties
ante mota: Nec videtur ratione ac fundamento ſuo deſtitui, quod 617
carnibus publice venum expoſitis, non raro, propter eventus quosdam, Acciſa, collectæ genus imponi ſoleat, cui carnes iſtæ clancullariæ tamen haud ſubjiciantur, & ſic onus in Rep. inæqualiter inter cives repartiatur: Quod item legibus ac privilegio ſuo fraus per illas mactationes quæratur, & carnes illæ divendantur, dum vicinus vicino quotam vel pondo aliquot concedat, tantidem aliquando vel pecuniam etiam recepturus: Dignum igitur eſſe, id in necem Collegii Laniorum haud admitti. Sed, uti collectæ carnariæ der Fleiſch-Pfennig non ſunt ordi 618
nariæ ac perennes, atque his utcumque ceſſantibus, Lanii ne quicquam de pretio ſuo remittunt, uti experientia docet, Ita non eſt neceſſe, ut propter emergens iſtud, mactationes œconomicæ aut tributo onerentur, aut in Laniorum gratiam penitus aboleantur. Alioqui ſecututum, ut aut nemo Paterfamilias, etiam quod poteſt ac ſolet ſua manu

& in familiæ usum ipsemet facere, ulterius id efficiat, aut tributo gravari patiatur; nam, candelas ubi fuderit uxor tua, Coctores Sevi, ad quos referri consvevit & candelarum fusio, confestim consurgent, inintercedent, atque simile tributum Gewerb-Steur propterea imponi tibi urgebunt: sequentur cœteri: Netrices sane coibunt in Collegium, ac vetabunt lacera lintea sarcire; quo interdicto tamen apud quasdam
619 fœminas opus haud futurum esset. *Ad dubia* Laniorum ut respondeamus, dicimus (1.) distinguendum inter Modicum & Nimium. Nam si Paterfam. agnum, aut porcellum, quem forsan educavit ipse, in usum culinæ suæ mactet, quantum onus redundabit in Lanios, aut quantum commodi decedet Reip. si non publice libretur seu ponderetur, ac
620 pro librarum numero tributum pendatur? Quod si tamen domesticæ mactationes invalescant, ut quilibet studeat, pecoribus coëmtis, quasi Negotiationem quandam instituere, neque iniquum nec inusitatum est, ut & Patresfam. tunc ad partes, ad contributionem vocentur; quoniam durior Laniorum conditio redditur, tum in emendo, sc. præreptione pecorum, quæ propter Concursum licitantium carius emere coguntur: tum vendendo: Nam si unicuique Patrifam. domi caro suppetit, nemo in macello emit, unde carnes istæ Laniorum corrumpuntur, ut aut viliori pretio dilapidare, aut ipsimet comedere teneantur. *Deinde*
621 separandus est contractus Societatis a Venditione. Nam, si Concives vicini, communi pecunia pecus emunt & *communi lucro ac damno* mactant & dividunt, non erunt a compendio hoc œconomico cohibendi: neque enim lucellum ejusmodi Patrifam. alioquin satis onerato, invidendum, aut nimis scrupulose omnia ejus compendia perquirenda atque oneranda. Secus si fiat, duorum alterum, aut prodigum ac desperatum, aut de mediis lucrandi prohibitis sollicitum effecerimus. Alia ratio, si carnes *divendat*, tunc enim & ratio, œconomiæ suæ consulendi
